НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

201
63-64

841.
3/г.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

FORMVLARIVM TERMINORVM SEV REGISTRORVM SECVNDVM STILVM ROM. CVR.

CVM BVLLIS FACVLTAtum R. P. D. Rotæ, & Cameræ Apostolicæ Auditorum.

Nec non additionibus. D. Antonij Sacromori in Ro. Cur. Causarum procuratoris & aliorum.

Nunc recens mendis quàm plurimis purgatum, & summa diligentia impressum.



Venetijs. Apud Aegidium Regazolam, & Dominicum Caualcalupum Socios. 1570.

B

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ЕНЕ ЛІОТ. ИМПЕРАТ. НОВОРОС. УНИВЕРСИТЕТА
201
63

GABRIEL AZELLIVS
Taurinen. Ad Lectorem.

Quiſquis agit Cauſas, litisq́; ediſcere normam
Si cupit, hunc ſeruet: Nam docet Arma fori:
Singula Cauſidicus quę ſunt peragenda notabis
Hoc duce, non actis ſi ſtudet error erit.
Hoc bene patroni Cauſas duxere clientum:
Neglecto hoc etiam, lucida cauſa perit.
Is te Rotę, & Camerę, latè ſubſellia complet:
Verbaq́; dat toto percipienda foro.

STEPHANVS REYNINVS
Clericus Aſten. Dioc. ad Eundem.

Suſcipe cum flore fructus ſtudiosè libelli,
Quem gerit excultum Bladus in Vrbe tibi:
Non hic tergeminos fratres, nec munera Crœſi.
Continet, aut faſtos ſummè Quirine tuos:
Sed praxim excultam, quam cum probitate refulgẽs
Seruauit, mundi Martia Roma caput.
Hoc duce cauſarum normas, ſacrumq́; tribunal
Vrbis, & ampla potes diſcere iura fori.

INDEX FORMVLARII TERMINORV M.

A

ABsolutiones 177
Actoris constitutio 219
Ad dicendum contra commissionē per contradictas 183
Ad dicēdū cōtra articulos 44.& 188
Ad articulandum terminos substantiales 42
Ad articulandū per contradictas 187
Ad dicendum cōtra cōmissionē 35
Ad dicēdū cōtra producta 48. & 190
Ad declarandum eo.
Ad concludendum 16.& 192
Ad audiendum sententiam eo.
Ad producendum omnia 47 & 189
Admissio articulorum 45
Admissio pro interesse 89
Agrauatio 115
Allegationes in diuersis materijs 153
Appellation. & apostolorum respon sio 60
Appellationis tempus quando non currat 63
Appellationis interpositio corā egregia persona 7
Arrestum quid sit 25
Arrestum generale 25
Auditor camerę ē iudex ordinarius 8
Audientia die sabbati 184

B

Brachij secularis inuocatio 204

C

Cautio quando prestatur super expensis 206
Cedula renunciationis 74
Cedula indictionis uacantiarum 167
Citatio per edictum 14
Citatio ad dicendum contra 30
Citatio per edictum publicum 177
Citatio ad dicendum contra cōmissionem & appellationem 183
Citatio cum inhibitione 12
Clausulæ generales quid operant 98
Clausulę gñales ad dicēdū cōtra 98
Clausula quando pars citatur ad primam secundā vel ad aliā diem 30
Clausula seu alio quouis modo quid importet 101
Clausula ratificationis 208
Commissio receptionis iuramēti 139
Cōmissio absolutionis ad partes 129
Commissio ad scribendum 172
Commissio extractionis executionis per obitum notarij eo.
Compulsoriales generales 18
Compulsoriales speciales 20
Comparuit 28
Confessio debiti 9
Confessio per verbum credo an præiudicet 79
Concludendum per cōtradictas 192
Conclusio in causa 55
Concistorium publicum 160
Constitutus 87
Constitutio procuratoris ad causam 207
Costitutio actoris ad lites per curatorem 219
Coronatio Papę 170
Curatoris ad lites deputatio 218
Cursoris relatio de ciratiōe testiū 15

D

Datio cedulę petitionis 56
Datio inhibitionis cedulę ad articulos & alia iura producta 77
Datio interrogatorium 82
De declaratiōe & literarū ꝺcreto 164
Decretum citationis cum inhibitione ad partes 12
Decretum citationis per edictum eo.
Decretum sequestri 48
Decretū literarū executorialiū 104
Decretum processus ad ualuas cācellariæ & aciem campi Flori 176
Decretum processus per audientiam contradictarum 180
Decretum literarū executorialiū 193
Dilatio ad partes 130
Dilatio ad partes quando sit concedenda 110
Diligentia prosecutionis appellationis 67

E

Electio papæ 170
Examen testis 142
Excommunicatio 163
Executio citationis per edictum publicum 179
Executorialium reproductio 198
Exitus legati 174
Expensæ
Expensę an & quando sint reficiendæ per victum 103
Expensarum taxatio 104
Extractatio executionis citatiōis 104

F

Facultas R p.d.aud.Rotę 1
Facultas R.p. Aud.cam. eo.
Fatalia 68
Festa palatij 1
Festa pascalia 160
Festū quare omittitur audientia eo.
Fideiussoris admissio 207

I

Impugnatio & iustificatio 69
Indictio uacantiarum 167
Inhibitio in curia & extra 22
Instrumentum constitutionis procuratorum 119
Instrumentum substitutionis 121
Instrumentum in quo generaliter fit substitutio 122
Instrumentum ratificationis actorum eo.
Instrumentum reuocationis procuratorum 123
Instrumentum deputationis curatoris in contumaciam uigore cōmissionis 125
Intimatio excommunicationis 126
Intimationes 164
Intimatio litis pendentis 66
Intimaito repositionis 20
Intimatio declarationis 165
Intimatio traditionis literarum 165
Interpretis datio 148
Interdicti appositio 104
Interrogatoria 82
Introitus card.in conclaue 170
Inuocatio brachij secularis 204
Iuramentum calumniæ 40
Iuramentum de calumnia per contradictas 187
Iuramentum & examen Testium super non tuto accessu 16
Iuramentum in supplementum 55
Iuramentum paupertatis 33
Iuramentum perhoresentiæ 13
Iustificationis & Impugnatiōis materia in qbus causis locū habeat 71

L

Lectio constitutionum Rotę 168
Libellandum In beneficialibus 36
Libellandum per contradictas 185
Litis pendentia 20

M

Moderatio Inhibitionis 24
Monitorium quando decernitur extra curiam 157
Monitorium in curia etiam cum arresto 158
Monitorium ad acceptandum uel refutādū onus procuratoris 016
Monitorium decretum per commissarium 162
Mutatio anni & indictionis 160
Mutatio anni pontificatus 171

O

Obitus auditoris 174
Obitus Papę 169

P

Pauper quis dicatur 34
Petitio copiarum 33
Petitorium an suspendi possit & quando 83
Presentatio commissionis 1
Presentatio cōmissionis depēdētis 3
Presētatio cōmissionis generalis eo
Presentatio inhibitionis 23
Prefixio termini 93
Principalis quando facit primum actum in domo domini vel corā notario & sic succesiuè 28
Processus in causa remissionis ad partes 119
Processus ad ualuas 174
Processus per edictum 177
Processus in negotio declaratiōis 99
Processus per audientiam contradictarum 189
Procedendum prout de iure 151
Productio mandati procuratorij 26
Productio iurium per cōpulsum 87
Prorogatio fatalium 68
Prorogatio termini 49
Protestationes diuersorum 155
Publicatio censurarum 202
Publicatio testium 143

Q

Quatuor termini qui seruantur ad docendum se paruisse literis executorialibus 218

R

Ratificatio actorum 170
Reaggrauatio 180

Reassumptio petitorij 85
Reassumptio causarum 168
Recessus auditoris 173
Recognitio 120.137
Recognitio iurium 90.110
Registri principium coram card. 4
Registri principium coram commissario 9
Registri principium coram iudice remissoriæ 6
Registri initiũ coram audito.cam. 7
Registri initium coram aud.cam.per instrumentum obligationis 8
Reiteratio terminorum in contumaciam 50
Reiteratio terminorum vtraque parte præsente 53
Reiteratio terminorum per contradictas 191
Reiteratio terminorum in negocio declarationis 200
Regressus auditoris vel legati car. 173
Relaxatio sequestri 53.54
Relationes cursorum 96
Relationes excõicationum 123
Relationes absolutionum 126
Remissoria quando concedatur 118
Remissio ad partes 144
Remissio causę ad cancellariam 112
Remissio generalis eod.
Renuntiationis materia 73
Renuntiatio litis & causæ 74
Repositio 65
Reproductio executorialium 113
Restitutio iurium 150
Responsio libelli 40
Reuocatio ꝓcuratoris cõstituti 219
Reuocatio procurat.substituti 216

S

Sequestrum 58
Specificatio materiarũ ꝓ tẽstibus 86
Specificatio medio iuramẽto ad quẽ affectu fiat eod.
Subdelegatio causarum 171
Substitutio procuratorum 212
Surrogatio 152
Sumpto producendo 99
Suspensio petitorij 83
Suspensio causæ 89

T

Taxatio expensarum 191
Terminus ad dicendum cõtra commissionem 35
Terminus ad libellandum 36
Terminus mixtus 110
Terminus qui seruatur ad resp.libello 37.38
Termini ad articulandum 42
Termini ad dicendum contra articulos 44
Termini ad producẽdum omnia 47
Termini ad dicendum contra producta 48
Termini ad declarandum & iurandum de calumnia 49
Termini ad concludẽdum & audiendam sententiam 56
Ter.qui seruantur ad docendum de persecutione appellationis 67
Termi. ad iustificandum, & impugnandum 69
Ter. qui seruantur ad docendum se paruisse executorialibus 104
Ter ad docendum de diligentia in prosecutione appellationis 105
Ter.ad dicendum contra appell. eo.
Ter.ad videndum subrogari 106
Testium productio 131
Testium affuturorũ productio 135
Testes super recognitione, & tota causa 78
Testes super absentia 136
Testes super obitu 137
Testium examinatio super non intrusione 153
Testis egregii iuramentum 141
Testis super non tuto accessu 17
Tituli auditorum 1
Transportatio regesti 173

V

Visitatio eccle. Lateranen. 171
Visitatio loci differentiæ 175

FINIS.

FESTA PALATII APOSTOLICI FIRMA.

IANVARIVS
habet dies 31.

Epifaniæ domini 6
Antonij abbatis 17
Fabiani & Sebastiani 20
Agnetis virginis 21
Vincentij martiris 22
Conuersionis S.Pauli 25

FEBRVARIVS
habet dies 28. & si fuerit bisextus. 29.

Purificationis beatæ Mariæ 2
Blasij episcopi & mar. 3
Agathæ virginis & mar. 5
Cathedræ Petri Apostoli 22
Matthiæ Apostoli 24. & 25.

MARTIVS
habet dies 31.

Thomæ de Aquino 7
Gregogij Papæ 12
Benedicti abbatis 21
Annunciationis beatæ Mariæ 25

APRILIS
habet dies 30.

Iulij Papæ primi 12
Georgij martiris 23
Marci euangelistę 25

MAIVS
habet dies 31.

Philippi & Iacobi apost. 1
Inuentionis S. Crucis 3
Ioannis ante portam latinam 6
Apparitionis S. Angeli 8
Iuonis aduocati pauperum 19

IVNIVS
habet dies 30.

Barnabæ Apostoli 11
Ioannis Baptistæ 24
Petri & Pauli apost. 29
Commemorationis S.Pauli 30

IVLIVS
habet dies 30.

Visitationis beatæ Mariæ 2
Translat.S.Thomæ Can. 7
Mariæ Magdalenæ 22
Iacobi apostoli 25

AVGVSTVS
habet dies 31.

Petri ad vincula 1
Dominici confessо. 4
Festum Niuis 5
Laurentij martiris 10
Assumptionis beatæ Mariæ 15
Ludouici Episcopi & confessoris 19
Bartholomęi apostoli 25
Augustini episcopi 28
Decollatio S.Ioannis Baptistæ 29

SEPTEMBER
habet dies 30.

Natiuitatis beatę Marię 13
Exultationis S.Crucis 14
Matthęi apost.& euang. 21
Michaelis arcangeli 29
Hieronimi confessoris 30

OCTOBER
habet dies 31.

Franciſci confessoris 4
Lucę euangelistę 18
Simonis & Iudæ apost. 28
Vigilia omnium sanctorum in qua fit mutatio capparum 31

NOVEMBER
habet dies 30.

Omnium sanctorum 1
Commemorationis animarum 2
Dedicationis basilicæ sancti Saluatoris 9

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА собственность имени Г. МЕЧНИКОВА

Martini episcopi 11
Dedicationis basilicæ Petri & Pauli Apostolorum 18
Cecilię virginis 22
Clementis Papę 23
Catherinæ virginis 25
Andreæ apostoli 30

DECEMBER habet dies 30.

Nicolai episcopi 6
Ambrosij episcopi 7
Conceptionis beatæ Marię 8
Luciæ virginis 13
Thomæ apostoli 21
Vigiliæ natiuitatis Domini cum omnibus diebus vsque ad crastinum Epiphaniæ exclusiuè.

FESTA MOBILIA.

Dies lunæ ante carnisprium.
Dies cinerum.
A die lunæ hebdomadæ sanctæ vsq; ad octauam Paschę inclusiuè.
Vigilia Ascensionis Domini in qua est alia mutatio capparum.
Dies Penthecostes cum duobus diebus sequentibus.
Dies creationis Ponti. viuentis.
Dies anniuersarij Pontificis immediatè defuncti.

INCERTA.

Quando est consistorium publicũ.
Quando reuertitur ad Vrbem aliquis legatus de latere.
Quando publicantur noui Cardinales.
Quando aliquis Cardinalis qui nunquam fuit in Vrbe illam prima vice intrat.
Exequiæ Cardinalium.
Quũdo intrat aliquis Orator ad præstandum obedientiam.
Quando pontifex æquitat.

FINIS.

BVLLA FACVLTATIS FOE. RE. INNOCENtijs Papę octaui R.P.D. sacri palatij causarum Apost. concessę.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Finem litibus quæ in palatio Apostolico nunc & pro tempore vertuntur, quantò celerius fieri potest imponi, & collitigantes ab intolerabilibus expensis quas illas prosequendo perferunt releuare quantum nobis possibile est cupientes; hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus quòd si diuersis causarum palatij Apostolici auditoribus diuersas commissiones præsentatas hactenus vel pro tempore reperiri contingat in eadem causa eiusdem tenoris vel effectus, licèt ad diuersarum personarum instantiam, auditor, cui prius commissio præsentata fuit iurisdictionem in procedendo & iudicando retineat absque alia desuper commissione, aliorum coauditorũ ad id accedẽte consensu. Et ꝙ aditores causarum prædictarum constito eis ꝙ citatio per eos decreta in causis minus tamen legitimè executa ad partis citatę notitiam deueniret ante terminorum obseruationẽ ad expeditionem causarum earundem absque alia commissione perinde ac si citatio legitimè executioni demandata foret procedere. Et in viduarum & pupillorum necnon vbi de summa vel rei valore quingentorum florenorum auri non excedente ageretur eo modo quo in beneficialibus cansis de auditorum suorum consensu etiam procedere. Remissorias præterea ad partes in causis coram eis nunc & pro tempore penden. in quauis instan. nouam ue dilationem si petatur de aliorum coauditorum consilio concedere. Ad reiterationem quoque terminorum nulliter vel malè obseruatorum partes seu collitigantes earum procuratores admittere. Et fidem registris coꝝ alijs iudicibus etiam in partibus factis quoad iura in eis registrata dumtaxat de simili consilio adhibere. Et super articulo giauaminis ac negotio principali simul & si petatur ac coauditoribus expedire videbitur refectis expensis in eodem principali negotio, omisso appellationis articulo, procedere. Et dum eis videbitur expedire fatalia in causis, prorogare, vel de nouo concedere. Et super appellatione interposita sententia diffinitiua decurso vltimo momento temporis ad id de iure præfixi eadem tamen die vltimi momenti perinde ac si debito tempore interposita foret iustitiam ministrare. Et si prima vel secunda sententia reperiatur nulla ex inordinato processu, vtì etiam ex omissione iuramenti super perhorrescentia iuxta constitutionem fœl. rec. Bonifacij Papæ viij. prędecessoris nostri quæ incipit. Statutum dummodo illud per partem in quacunque parte iudicij postea præstetur ad constitutionem vel infirmationẽ refectis expensis procedere. Necnon iuxta constitutionem Viennen. consilij quæ incipit. Ad compescendas sequestra decernere liberè & licitè valeant. Nõ obstantibus præmissis ac cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis cęterisq; contrarijs quibuscunque. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti & ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ M. CCCC LXXXVII. Idus Ianuarij. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Si diuersis auditoribus diuersæ cõmissiones prę sentatæ fuerint, eiusdem tamen tenoris ille cui primò præsentata fuerit iurisdictionẽ retinet.

Et ita seruabat Rota, vt habetur de. liij. Deci. de commissi. in anti. sed hodie de stilo non requiritur expressus consensus, sed sufficit quòd tacitus accedat, vt dicit Cassa. Dec. v. de reser.

Cõstito quòd citatio illegitimè executa ad partis citatę notitiam peruenerit, Quid auditoribus agendũ.

De viduis, Pupillis & summa 500. floren. auri proceditur ut ī beneficialibus.

Remissoria dari potest in qualibet iustauiia.

De terminorũ reiteratione.

De fide registris i partibus factis adhibenda.

De articulo grauaminis & negotio prīcipali.

De Fatalibus.

De appellatiõe à sententia diffinitiua.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. ФРАНКА

BVLLA FACVLTATIS R. P. D. CVRIAE causarum camerę Apostolicę generalis Auditoris pro tempore existentis.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.

MINISTERIO sacri Apostolatus licèt immeriti præsidentes ex incumbente nobis solicitudinis officio circa regimen & statum Romæ curiæ, & illius officialium fœliciter & prosperè dirigendum continuis solicitis ad ea per quę officiales ipsi sublatis quibusuis dispendijs cum decentia & trāquilitate eorum officia possint exercere libenter intendimus ac ijs quę propterea ab apostolica sede concessa sunt vt firmiora persistant Apostolici munimi nis præsidium propensius impartimur & alias desuper prouidemus prout in domino conspicimus salubriter expedire. Accepimus si quidē non sine animi nostri molestia q̄ nonnulli nimia curiositate vel liuore ducti venerabilem fratrem nostrū Hieronimum Episcopum Asculanum modernum curiæ causarum cameræ Apostolicæ generalem Auditorem, & dilectos filios notarios eiusdem curiæ super iurisditionibus & facultatibus officij Auditoriatus curiæ causarū cameræ huiusmodi, tam ex diuersis priuilegijs per nos & Romanos pontifices prædecessores nostros eis concessis quàm ex consuetudine & tempore prędecessorum in ipso auditoriatus officio præfati Hieronimi episcopi moderni Auditoris inconcusse obseruatis spectantibus & pertinentibus sub diuersis prętextibus diuersi modè molestare, & p turbare indies non cessant. Quò fit vt Auditor & notarii prędicti tēpus q̄ in eorum officijs exercendis consumpturi essent in eorum iurisditione defendenda conterere cogantur in ipsorum officiorum ac totius Ro.cu. & cameræ prædictæ detrimentum & iacturam. Nos igitur ad quos pertinet officia & officiales curiæ nostræ debito moderamine gubernare, & quæ in eorum iuris læsione procedunt ad debitum rationis reducere volentes super his ut debemus debitè prouideri. Motu proprio non ad ipsorum Hieronimi Episcopi & Auditoris ac Notariorum vel aliorum nobis pro eis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione & excerta scientia omnes & singulas facultates priuilegia & indulta ac quascunque literas Apostolicas etiam in forma breuis tam præfato Hieronimo Episcopo moderno quàm immediatè & alijs etiam mediatis eius prædecessoribus curiæ causarum cameræ huiusmodi Auditoribus, ac notariorū obligationes in forma camerę & aliàs quomodolibet concessa ac etiam circa limitationem & moderationem aliorum almæ Vrbis nostræ tribunalium etiam in moderno Lateranen. consilio tam per nos quàm per eosdem prædecessores statuta & ordinata quorum omnium & singulorum tenores ac si de verbo ad verbum & nihil omisso insererentur præsentibus pro expressis haberi volumus autoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus ac perpetuæ firmitatis robur obtinere & per quoscunque quauis dignitate autoritate aut priuilegio suffultos etiam palatij Apostolici causarum Auditores & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales inuiolabiliter obseruari ac executiones obligationum in forma dictæ cameræ Apostolicæ præfatæ & aliàs iurisditionem ipsius Auditoris illesam ei remanere debere decernimus & declaramus. Et nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia & singula de nouo ac quod prę-

fatus Hieronimus Episcopus modernus ac pro tempore curiæ causarum camerę huiusmodi auditor omnia & singula quæ bo.me. Petrus Episcopus Cesenaten. dum viueret & dilectus noster Antonius tt. sanctæ Praxedis præsbiter Cardinalis dum in minoribus constitutus esset eiusdem curię auditores eorum respectiuis temporibus faciebant exercebant & decernebant etiam circa pensiones seu solutiones & solutionum recusationes pensionū super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum assignatarum & absolutiones etiam in foro fori etiam censuris ordinaria & delegata autoritate à quibusuis iudicibus & in dicta Romana curia inflictis concernentia prout alij Auditores præfati facere consueuerunt facere exercere & decernere ac monitoria contra huiusmodi pensiones super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum assignatas. Quarum solutio in eadem Romana curia vel in partibus tacitè vel expresse destinata esset soluere debentes etiam si obtinentes beneficia ecclesiastica super quibus pensiones huiusmodi assignatę sūt vel aliàs quomodolibet illas debentes in dicta Romana Curia presentes non fuerint, sed etiam extra terras Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectas extiterint etiam ordinaria autoritate decernere & uigore monitoriorum huiusmodi etiam extra eandem Romanam curiam vt prę fertur executioni mandatorum ēt vsque ad sententiam seu declararionem & alias censuras & pœnas ēt vsque ad brachij secularis inuocationem inclusiuè eadem autoritate aliàs iuxta stilum contra non soluentes pensiones in prefata Ro.cu. soluendas & in dicta curia existentes in eius tribunali seruari solitum procedere. Necnon uigore literarum fœ.re. Eugenij Papę quinti prædecessoris nostri quæ incipiunt. Diuina imminentis sedis Apostolicæ &c. Ne dum contra iudices sed etiam contra quascunque particulares personas vel collegia aut communitates seu vniuersitates per se vel alium præsentes in curia molestantes aut molestantibus auxilium consil.ū vel fauorem prestātes etiam similia monitoria etiam extra loca ipsius Romonæ ecclesiæ ut præfertur decernere & ob non paritionem monitoriorum huiusmodi etiam extra dicta loca executioni demandatorum. Ac idem auditor ad cuius officium id spectat solus & nullus alius exceptis causarum palatij apostolici auditoribus, qui id eo modo quo hactenus fecerunt facere possint ad declarationem incursus censurarum in monitorijs huiusmodi & literis executorialibus in Romana curia & præsertim in Rotæ Auditorio decretarum respectiuè contentarum illarum vigore procedere. Ipseque Auditor & eius locumtenens pro tempore existens in processibus seu iudicijs & causis corā eo uigore obligationum in forma cameræ introductis etiam ubi ab initio vel in prosecutione litis rescripta seu commissiones Apostolicæ interuenerint absolutionibus à iuramento nec non dilationibus seu monitorijs etiam ad modicum tempus etiā illis quas salinarias vocant & quibus vis alijs concessionibus etiam super cessione bonorum seu quinquēnali dilatione aut beneficio capituli Odoardus, vel capituli Peruenit, à quibuscunq; dignitate etiam Cardinalatus honore & officio fungentibus etiam per specialia rescripta seu priuilegia & indulta etiā in forma salui conductus etiam motu & scientia similibus in quorum cunq; etiam quantumuis inopum fauorem etiā cum prętentium expressa & speciali derogatione concessis, necnō quibusuis inhibitionibus seu mandatis etiam cū quarumuis censurarum & aliarum pœnarū etiam ipso facto incurrendarum comminatione emanatis etiam si rescripta priuilegia aut indulta huiusmodi à nobis vel successoribus nostris emanauerint. Quæ eo ipso q̄ tam ea q̄ inhibitiones seu mandata huiusmodi emanauerint ac reuocata cassata & annullata & si in illis debita Ripæ & Ripertæ

dictæ

Nota circa molestantes presentes in curia.

Nota circa obligationes in forma cameræ.

dictæ Vrbis ac inde factæ obligationes quomodolibet omissa vel excepta fuerint simili modo obligationes in forma cameræ quantuncunque in eis expressę & comprehensæ obmissæ & exceptæ respectiuè sint & esse censeantur ac pro infectis habeantur, prout ex nunc prout ex tunc reuocamus cassamus & annullamus ac pro infectis habemus nequaquam obstantibus tam contra personas quàm bona in huiusmodi forma obligatorum vsq; ad effectualem solutionem ipsorum creditorum in omnibus & per omnia perinde ac si præmissa non emanassent. Necnon contra quoscunque obligatos in huiusmodi forma cameræ & dummodo de maiori summa viginti ducatorum non agatur etiam contra aliter obligatos per citationes ad valuas domorum habitationis ipsorum debitorum personaliter non citatorum per cursores ab ortu vsque ad occasum solis affigendas, quas in huiusmodi casibus perinde ac si contra personas proprias ipsorum debitorum executioni demandatæ essent validas & efficaces esse & ipsos citatos arctare volumus & decernimus, etiam vsque ad condemnationem & executionem inclusiuè & aliàs iuxta curiæ ipsius Auditoris cameræ stilum iustitia tamen mediante. Quòdque Auditor cameræ & eius locum tenes pro tempore existentes præfati in ciuilibus causis in quibus idem Auditor cameræ iuxta facultatem sibi concessam aliàs procedere possit præsertim super debitis in curia contractis si de minori summa rei valore quinquaginta iuxta eius facultatem nullis. Si verò de maiori summa aut rei valorem ipsorum quinquaginta ducatorum auri de camera agatur illis quæ in dictæ Rotæ adiutorio in summarijs beneficialibus seruari soliti sunt, seruatis terminis etiam contra absentes à dicta curia. Necnon contra quoscunque in terris dictæ Romanæ ecclesiæ degentes ad quorumuis instantiam super quibusuis rebus & summis eisdem terminis iuxta quantitatem de qua agetur respectiuè seruatis eadem ordinaria autoritate. Ac similiter contra quoscunque curiales ecclesiasticos seculares vel regulares etiam ab eadem curia absentes ad quorumuis etiam absentium instan. & ad ipsorum curialium etiam absentium instantiam contra quosuis alios ecclesiasticos seculares & regulares etiam absentes monitorijs & citationibus respectiuè prędictis procedere. Necnon quoscunque de quibuslibet delictis suspectos contra quos si in dicta curia essent quomodolibet procedere possent etiam extra eandem curiam existentes ratione delicti in dicta curia commissi sub censuris & pecuniarijs ac priuationis beneficiorum & officiorū suorum & alijs eius arbitrio infligendis pœnis monere & contra sic monitos forsan contumaces, & non parentes etiam ob non paritionem seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione primò secundò tertiò & quartò aliàs iuxta stilum prædictum etiam vsque ad brachij secularis inuocationem inclusiuè procedere. Quòdque idem Auditor vel eius locum tenens monitoria seu citationes tam præsentium literarum vigore quàm alias iuxta facultatem sibi per alias literas Apostolicas vel ex consuetudine attributam etiam sine ipsarum insertione decernere & ea sic etiam in omnibus & singulis supradictis casibus tam in ciuilibus quàm criminalibus seu mixtis decreta & decretas etiam per edictum publicum constito sibi summariè & extraiudicialiter de non tuto accessu similiter decernere & exequi mandare. Necnon ad vlteriora perinde ac si executio huiusmodi in proprijs monitorum seu citatorum personis facta ēsset etiam vsque ad declarationem & aliarum censurarum fulminationem, etiam vsq; ad dicti brachij inuocationem procedere possit & debeat. Ac quod omnes & singulæ appellationes à quibusuis ordinarijs tribunalibus in dicta vrbe impositæ Gubernatoris, Senatoris, & Vicarij vrbis tribunalibus & alijs

Nota circa ciuiles causas & debita in curia cō tracta.

Nota circa suspectos de delic.

Nota circa monitoria & citationes.

Nota circa appellationes.

alijs iudicibus Capitolij dumtaxat exceptis ad tribunal dicti Auditoris ipso iure absque alia speciali commissione deuoluantur, & dictus Auditor illarum iudex ordinarius existat, & esse censeatur. Nec in aliquibus concessionibus aut literis per eum etiam vigore præsentium etiam extra dictā curiam faciendis literas Apostolicas super huiusmodi facultatibus confectas in toto vel in parte inserisacere teneatur Apostolica autoritate prædicta earundem tenore præsentium concedimus ac statuimus & inodamus: Decernentes quamlibet prędictorum literarum partem seu clausulam cui plenam fidem in iudicio & extra adhiberi volumus & decernimus ubi opus fuerit etiam omissis alijs extrahi & dari posse, ac eisdem præsentibus per quancunque commissionem vel impetrationem nullatenus derogari posse nec derogatum censeri nisi commissiones & impetrationes ipsæ manu propria nostra seu successorum nostrorum Roman. Pontificum per Fiat motu proprio signatæ fuerint, & sic per quoscunque iudices & commissarios qnauis autoritate fungentes sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi facultate & autotitate sententiari iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque & inane quicquid secus super his per qnoscunque quauis autoritate fungentes scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs nostris moderno & pro tempore existenti camerario & Antonio Sanctę Praxedis ac Petro Sancti Eusebij necnon Laurentio Sanctorum quatuor coronatorum tt. presbiteris cardinalibus per Apostolica scripta eodem motu mādamus: quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes ltieras & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Auditoris & locum tenentis ac notariorum pro tempore existentium prædictorum seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solenniter publicantes, eisq; in prę missis efficacis defensionis prędidio assistentes, faciant autoritate nostra facultates literas priuilegia indulta statum ordinationem & concessionem huiusmodi firmiter obseruari: ac singulos quos præsentes concernunt, illis pacificè gaudere. non permittentes eos desuper perquoscunque quauis autoritate fungentes quomodolibet molestari perturbari siue impediri. Contradictores quoslibet ac molestatores & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio bracchij secularis. Non obstantibus premissis ac constitutionibus & ordinationtbus Apostolici, necnon statutis & consuetudinibus iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis quæ in singulis literis prædictis voluimus non obstare, cęteris q; contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi seu excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, declarationis, reuocationis, cassationis, annullationis, statuti ordinationis decreti voluntatis & mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimonono Sexto Idus Martij Pontificatus Nostri Anno Septimo.

De fide his literis adhibenda.

BVLLA FACVLTATIS R. P. D. PETRI Pauli Parisij aliàs curię causarum camerę Apostolicę generalis Auditoris.

PAVLVS Episcopus Seruus seruorum Dei, dilecto filio magistro Petro Paulo Parisio clerico cusentin. causarum curię camerę Apostolicę generali Auditori, iuris vtriusque doctori salutem & Apostolicam benedictionem. Ad eximię deuocionis affectum quem cum fidei constantia & sinceritate mentis ad nos & Ro. ecclesię gerere: Necnon literarum excellentiam, vitę decorem & morum honestatem, longamq; & solertem rerum experientiam, & in exequendis mandatis indefenssam constantiam & integritatem singularem, aliaq; probitatis & plurimarum virtutum meritata, quibus personam tuam etiam fide dignorum testimonijs iuuari percepimus nostrę dirigentes considerationis intuitum, ac propterea indubiā spem geren. ꝙ ea quę tibi cōmittenda duxerimus summa cū prouidētia & exacta diligentia laudabiliter exequaris, dignū quin potius debitum arbitramur vt eandē personam condignis honoribus prosequamur. Cū itaque officium generalis auditoriatus seu audientiæ causarum curię cameræ apostolicę qđ dilectus filius noster Ioannes Maria tt. sancti Vitalis præsbiter Cardinalis de Monte vulgariter nuncupatus tempore assumptionis ꝑ nos nuper de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ obtinebat, ex eo ꝙ nos officium ipsum per assumptionem huiusmodi dumtaxat harum serie vacare decernimus, vacet ad præsens: Nos post longam super hoc habitam discussionem & maturam deliberationem in te nostræ considerationis oculos direximus & de tua probitate scientia & singulari prouidentia in magnis comprobata aliisq; virtutibus quas in te diuina propagauit clementia summentes in domino fiduciam specialem, & sperantes quòd tu qui notarius noster existis officium audientię causarum curię camerę huiusmodi scies voles & poteris probè fideliter & laudabiliter exercere: Teq; à quibusuis excommunicationis suspensionis & interdicti alijsq; ecclesiasticis sententijs censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectū prędictum dumtaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutum fore censentes: Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione, & ex nostra certa scientia officium generalis audientiæ seu auditoris causarum curiæ camerę huiusmodi siue vt præmittitur vel per liberam resignationem eiusdem Ioannis Mariæ Cardinalis de illo quod tunc obtinebat, in manibus nostris spontè factam & per nos admissam vacet cum officio correctorię archiui Roma. curiæ alijsq; illi annexis. Necnon omnibus & singulis illius honoribus & oneribus priuilegijs iuribus & emolumentis consuetis ac facultatibus & decretis etiam in ordine & modo procedendi in causis, prout dictus Ioannes Maria Cardina. & sui in officio auditoriatus huiusmodi prędecessores per literas eis desuper concessas expresse habuerunt & vsi fuerunt vel uti potuerunt eidem Ioanni Mariæ Cardinali & pro tempore existenti causarum curię camerę huiusmodi generali Auditori etiam per quoscunque Roman. pontifices prędecessores nostros ac forsan per nos sub quibuscunque tenoribus & formis concessis tibi auctoritate Apostolica tenore prędentium concedimus & assignamus ac te nostrum & dilecti filij nostri Augustini tituli sancti appollinaris præsbiteri Cardinalis moderni & pro tempore existentis camerarij nostri, & causarum curię huiusmodi generalem auditorem constituimus & deputamus teq; in locum dicti Ioannis Marię Cardinalis quoad huiusmodi auditoratus officium illiusque exercitinm quoad vixeirs substituimus & subrogamus, tibiq; per te vel alium seu alios idoneum vel idoneos locumtenentem seu locuntenentes ac vicegerentes, tuos quos pro tempore quoties tibi placuerit duxeris assumendos vel deputandos de omnibus & singulis criminibus excessibus & delictis in Romana curia vel extra eam per quoscunque tam officiales sedis apostolicę quàm alios Rom. curiam sequentes cuiuscunque dignitatis ecclesiasticę vel mundanę, status gradus ordinis vel conditionis fuerint perpetratis vel perpetrandis tam ad fischi nostri pro tępore existentis procuratoris denunciationem & promotionem quā etiam ex mero officio inquirendi & super illis tam per inquisitionem huiusmodi quàm accusationem seu denunciationem ptocedendi ac repertos culpabiles iuxta excessuum per eos perpetratorum exigentiam & qualitatem puniendi necnon omnes & singulas tam ciuiles quàm criminales & mistas spirituales ecclesiasticas & prophanas ac aliàs quascunque causas in quibus ad membri mutilationem & sanguinis effusionem & condemnationem non intenditur coniunctim vel diuisim quomoducunque & qualitercunque in eadem Romana curia motas & mouendas seu quomodolibet nunc & in posterum inter quascunque parres etiam per viam inquisitionis ex officio pendentes & quę siue per appellationem interiectam a grauaminibus illatis & inferri comminatis & sententijs etiam diffinitiuis latis & promulgatis etiam per dilectum filium nostrum & prefatę Romanę ecclesię Marescallum & in sua curia & alios quoscunque iudices ordinarios vel delegatos seu arbitros & arbitratores, in terris Romanę ecclesiæ mediate uel immediate subiectis etiam quibusuis in feudum vel vicariatum concessis aut aliàs ad sedem eandem etiam per viam reclamationis iudicialis vel extra iudicialis siue aliàs per uiam reclamationis nullitatis delarę sint vel in posterum deferentur eas videlicet in quibus non ageretur de maiori summa quinquaginta florenorum auri de camera aut re illius summæ verum valorem non excendente summarie simpliciter & de plano ac sine strepitu ac figura iudicij sed sola rei & facti veritate inspecta uullisq; terminis seruatis, etiam qui de stilo seu ordinatione palatij Apostolici aut aliàs verò more solito audiendi cognoscendi, & decidendi ac fine debito terminandi, necnon per te eosdem loca tenentes & uicegerentes tuarum & aliarum quarumcunque in eadem curia per quoscunque iudices delegatos & subdelegatos. Necnon quorumcunque processuum generalium per Ro. Pont. tam in die cœnę domini quàm aliàs cum censurarum & pœnarum ecclesiasticatum fulminatione fieri solitorum ac etiam quaruncunque aliarum tam per nos quàm per Ro. Pont. pro tempore existentes siue in specie siue in genere ac aliàs quomodolibet latarum & ferendarum sententiarum executiones, quas etiā si delegatis ipsis aut subdelegatis seu alijs quibuscunque specialiter forsam per nos vel sedem prędictam commissę forent aut committerentur pro tempore accumulatiuè quoad te tuosq; locatenentes non autem priuatiuè commissas fore decernimus & declaramus faciēdi illasque debite executioni etiam cum inuocatione auxilij brachij secularis si opus fuerit demandandi, ac prędictos & alios etiam extra Romanam curiam degentes tuę tamen iurisditioni ratione salarij in Romana Curia per quoscunque debiti vel expensarum mutui siue contractus in eadem Curia initi, aut alias quouismodo spontè aut alias submissas &

sas & submittendas vniuersitates collegia & personas cuiuscūq; status gradus etiam Pontificalis præeminentiæ & aliàs in dicta curia degentes personas ad instantiam quorum interfuerit etiam pro expensis damnis interesse in causis quibuscunque contractibus quoties expedierit citandi monendi requirendi suspendendi ac specialiter interdicendi excommunicandi, ac iteratis vicibus aggrauandi illasq; prout expedierit arrestandi incarcerandi & detinendi pœnas & multas pro delictorum & excessuum ac criminum qualitate eis infligendi & imponendi, & ipsas ac earum quamlibet quas à nemine etiam de partium consensu & ad id specialiter delegato ad amputandas colluſiones & fraudes præterquam à te tuoque locumtenente absolui posse decernimus ab ipsis sententijs pœnis & mulctis spiritualibus & temporalibus absoluendi & relaxandi, & generaliter omnia alia & singula gerendi statuēdi disponendi præcipiendi mandandi & exercendi quę ad huiusmodi auditoriatus officiū dictæ cameræ de iure vel consuetudine quas præsentibus approbamus quomodolibet pertinent, & quæ Auditores causarum dictæ curiæ qui pro tempore fuerunt & ex concessa eis à præfata sede facultate facere agere statuere disponere præcipere mandare exercere ordinare ac exequi quomodolibet potuerūt seu etiam debuerunt aut soliti sunt faciendi gerendi statuendi disponendi præcipiendi mandandi exercendi, ac vnum uel plures ad præmissa omnia ipsumque auditoriatus causarum curiæ officium exercendum quoties tibi placuerit loco tui substituendi, & substitutos reuocandi ac illos vel alios iterum substituendi & deputandi plenam & liberam dicta autoritate apostolica concedimus facultatē, etiam potestatem habituri processus & sententias quos & quas feceris statueris & tuleris in contradictores quoslibet & rebelles ratas & gratas, illasque feceris autore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari, Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac priuilegijs concessionibus & indultis quibusuis communitatibus vniuersitatibus terrarum sedi prędictæ mediate uel immediate subiectarum per nos aut prædecessores nostros Roman. Pont. sub quibusuis verborum formis concessis etiam si de illis specialis & expressa mentio habenda foret contrarijs quibuscunque Volumus autem quòd antequam Auditoriatus causarum curiæ huiusmodi officium inceperis exercere de ipso fideliter exercendo in manibus præfati camerarij nostri seu eius locumtenētis præstes in forma solita iuramentum. Tu igitur prędictum Auditoriatus causarum curiæ officium prompta deuotione suscipiens sic illud diligenti studio cura & meditatione ac integritate exequaris, vt tua opera ad Dei laudem & gloriam ac earundem ecclesiæ & curiæ bonum publicum priuatorumque commoditatem & exemplum laudabile cedant, teq; apud nos & sedem præfatam meritò per amplius commendet ut speramus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XXXVII. Idus Maij. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Obseruatio

OBSERVATIO TERMINORVM.

Primò pręsentata commissione domino Auditori iudici vel commissario seruantur termini infrascripti per ordinem.

Ordo terminorum substantialium iuxta stilum sacri palatij causarum apostolici obseruari solitorum. Et primò in causis beneficialibus.

In prima instantia.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
Ad libellandum ad primam diem.
Ad articulandum ad xij. diem.
Ad dicendum contra articulos ad ij. diem.
Ad producendum omnia ad ij. diem.
Ad dicendum contra producta ad ij. diem.
Ad declarandum & iurandum de calumnia ad i. diem.

Aduerte, quòd regulariter etiam hodie termini substantiales sunt vt hìc ponitur scilicet vij. termini. Cass. de reser. Dec. nu. vi. & vij. quod etiam notat compilator Formularij Aduocatorum & Procuratorum col. penul. Bellam. concluſ. 27. termini Palatij, licèt dictus Bellam ea. concluſ. in princi. dicat terminos substantiales esse tres scilicet ad ponen. & articul. ad producen. omnia & ad sententiam: Nihilominus in discursu conclusionis se reducit ad numerum primò dictum supra. Dicit tamen Saruen. in cōpen. utri. signa. nu. 51. Quò autem ad articulan. præponuntur tres alij termini scilicet ad dicendum contra commissionem, libellan. libellariq; viden. quia iste terminus vltimus non est in rerum natura in Ro. cu. terminus autem ad iuran. de calumnia fit, & est vltimus terminus substantialis, qui seruatur, & miror tantum virum hoc scripsisse: termini autem substantiales. scilicet ad articulan. dicen. contra articulos, & ad producen. omnia, dicen. contra producta quando committitur causa cum clausula vt terminis non seruatis sola facti veritate inspecta procedatur, potest iudex eius arbitrio abbreuiare terminos sed nō totaliter ommittere Rot. in nou. de Resc. Dec. 2. aliàs 33 in princi. quando committitur. termini verò non substantiales. s. ad dicen. contra commissionem, libellan. declaran. & iuran de calumnia quando causa committitur, cum dicta clausula vt terminis non seruatis sola facti veritate inspecta procedatur possunt ommitti, ita quòd termino ad libellan. ommisso possit terminus viij. vel x. dierum ad ponen siue articulan. & ad concluden. assignari, & ad dicen. contra articulos ad. i. diem, ad producen. omnia etiam ad primam diem, vel secundam diem: ad dicen. verò contra producta, secundum multitudinem productorum Rot in nou. ea. Dec. 2. aliàs 33. in princ. uersi. alij verò: & in terminis seruandis ita breuiter Reuerendi Patres sacri Palatij multum intendunt, & hanc abbreuiationem inuenit Vrbanus Papa vi. ad ponendum celerem finem litibus pro ut asserit dicta, Deci. in nou. aliàs 33. de Resc. in princi. vers. alij verò. Quia termini sacri Palatij sunt peremptorij, quantum vt dato semel termino parti non amplius sine causæ cognitione nouus terminus debeat assignari. Rot. in nou. de seque. posse & fruc Dec. 2. aliàs 30 fuit dubitatum nu. 2, & 3. & in nou Dec. x aliàs 155. licèt in causis de Re. iudi. vel si. aliqui tamen voluerunt. Quòd post litis contestationem omnes termini in palatio apostolico sunt peremptorij, etiam quod non exprimantur &c.

In causis verò beneficialibus, & alijs causis in quibus aliàs de iure communi summariè proceditur simpliciter, & de plano, etiam quando cōmissio habet vt sola facti veritate inspecta, & terminis non seruatis vel abbreuiatis procedatur: ita quòd dicta verba si ea omnia in commissione exprimantur, aliquid operētur, si partes sunt in curia, & sint præsentes ommisso

†† termino

termino ad libellandum & recepto statim iuramento calumniæ à partibus: quod tamen si omittatur, tunc potest recipi in quacunque parte litis ad dandas positiones, & articulos concludentes terminus x. dictum ad dicen. contra producta secundùm multitudinem productorum arbitrariè in prima instantia assignatur. Rot. in no. Dec. 2. aliàs 33. de reser. quando cõmittitur causa nu. 4. versi ad tollendum &c.

Et quando committitur causa cum clausula sola facti veritate inspecta terminis non seruatis, vel abbreuiatis in secunda & tertia instantijs termini ad ponen. & articulandum dantur ad secundam diem, & alij termini seruantur prout in prima instantia, & si vna pars fuerit absens, ita quòd in eius absentia per audientiam contradictarum sit processum, & proceditur: si in commissione fuit facta mentio dictæ absentiæ, & fuerit concessa, termini seruantur prout in supradictis instantijs est dictum Rota in nouis dict. Dec. 2. aliàs 33. versi si vero vna. Si autem illa commissio habet illas duas claus. scilicet sola facti veritate inspecta, vel terminis non seruatis omnes debent seruari termini palatij: sed abbreuiantur arbitrio iudicis; Rot. in nou Dec. 2. de reser. aliàs 33. quando causa committitur, versic. si verò vna. Si autem commisio habet illas duas clausulas scilicet sola facti veritate inspecta, vel terminis non seruatis omnes debent seruari termini palatij. sed abbreuiantur arbitrio iudicis. Rot. in nou. de reser. Dec. 2. aliàs 33 quando causa committitur, nu. 4. versi. si verò vnum: & termini substantiales in eorum obseruatione, siue reiteratione, habent tempus vtile, & non continuum Rot. in nou. Dec. prima, aliàs 185. si mandetur de dilatione. Seruantur etiam termini substantiales in secunda instantia iuxta ritum palatij etiam q̃ in prima instantia causa fuerit extra Rotam & sit partibus cognita. Rot. in antiq. de iudi. Dec. 26. aliàs 47. Nota anno domini. Qui termini non possunt omitti, sed abbreuiari: Quando committitur cum clausula si nullis terminis seruatis sed sola facti veritate inspecta. Rota in antiq. de reser. Dec. 15. aliàs 488. Nota quòd causa. & in nou. eo tit. Dec. 2. aliàs 33. quando committitur causa.

Item terminus assignatus alicui ad aliquem actum facien. extraiudiciali ter explen. si in termino non expleatur, potest re integra expleri. Rot. in nou. de concess. præben. Dec 11 aliàs 328. habens autoritatem nu. & terminus ad declarandum articulos obiectiuos non datur. Rot. in antiq. de testi. Dec 14. aliàs 64. nota q̃ in articulis, & iterum in anti. de except. Dec. 9. aliàs 420. Nota q̃ in prima. Hodie autem inualuit vsus in sacro palatio, quòd quatuor sint termini substantiales scilicet ad articul. dicen. contra articulos producen. omnia, dicendum contra producta. Cass. de reser. Dec. 8. nu. vi. licet Bellam. Dec. 27. termini palatij dicat, quòd sunt tres videlicet ad ponen. & articulan producen. omnia, & audiendam sententiam, quem refert Cass. in dicta Dec. viij. tamen seruatio trium non est in vsu imo Beldam. in discursu dictæ suæ Dec. se restringit quòd sint. vij. in fin. conclusionis, siue Dec. vbi dicit, sed caue quia termini ad dicendum contra producta sunt substantiales quò ad effectum productionis validandum de iure, & quò ad effectum tollen. exceptionis. Item intellige de omnibus terminis proximè dictis, saluis tribus primò nominatis, eos non esse substantiales quò ad hoc, quia si ex eorum omissione fuerit appellatum appellatio est legitima, & stilus palatij saltem quò ad ter. ad declarandum operatur quod, stilus habet quod seruentur, & iudex si eos omittat, grauat. de reg. iur c indignũ, aliàs. c finicum concordantibus. & seruat Egidius: & terminus præfixus à Iudice ad prosequendam appellationem eo elapso opus est noua citatione quò ad processum faciendum in negotio principali. Rot in nou. de appell. Dec. 32. aliàs 204. appellatus versi. ex præmissis igitur nu. 6. sed bene sunt ferè semper in vsu dicti quatuor termini substantiales per Cass. notati ad hoc indicta Dec. 8. de reseri. vbi subiungit Cass. ibi hæc verba quamuis cautum magis sit vt seruentur. scilicet ad dicen. contra commissionem, ad libellan. & ad iuran. de calumnia. Nihilominus termini ad dicen. contra commissionem, libellan. iuran. de calumnia omissi non vitiant processum, neque sententiam, Bellam. d. Dec. termini palatij versi. itẽ intellige Cass. de iudi. Dec. 2 memini etiam in prima, & terminus ad dan. obiectus est peremptorius. Rot. in antiq. Bisignet. de except. Dec. 2. num. 4. & 5. incip. Reus, & possessor. & sunt tales q̃ ex eorum omissione potest appellari, & appellatio erit legitima, & q̃ si terminus ad declaran. non seruetur iudex dicitur grauare: termini autem substantiales seruandi in duobus audientijs tantùm vel aliàs conculcati, aut peruerso ordine, male, & nulliter seruati fuerunt, possunt vigore Bullæ Innocentij Papæ viij. de facultate Auditorum sacri palatij vnica citatione, & audientia reiterari, & seruari. Cass. de reser. Dec. 8. nu. x. & terminis non debitè seruatis mandatur Auditori quod omnes terminos debite nõ seruatos repetat infra octo dies not. Nicol. de Milis in repert. versic. termini si non sunt: etiam si termini sint seruati peccatum non est si recipiantur etiam testes super nouis articulis pertinentibus, & admissibilibus not Nic. de Mil. in repert. in versi. termino ad probandum dato: & beneficialis causa dicitur quando agitur cõtra clericum ad priuationem glo. in ver finita. c. ii. vt lit. penden. in vi. & termini in prima instantia seruati soliti in causa appellationis debent etiam seruari ii Rot. in nou de appell. Dec. iij. alias xi. fuit dubitatum in fin termi nus etiam hominis succedit loco termini iuris Rot. in nou. de appell. Dec. 25. aliàs 155. si numerus certus: potest etiam terminus ad causam prosequendam per iudicem datus prorogari Rot. in nou. de appel. Dec. 25. aliàs 155. si numerus certus in princ. additionis & in antiq. eo. tit. Dec. 35. aliàs 384. nota vtrum iudex & terminus si datur actori, reus non cogitur illum accipere sed potest recipere alium terminum ad proban. exceptiones & defensiones suas. Rot. in anti. Dec. 25. aliàs 508. Nota quod in causa de iud. & etiam in antiq. de dilatio. Dec. 1. aliàs 169. nota q̃ in causa profana: & præfixo termino à iudice ad prosequen. appellationem requiritur noua citatio elapso dicto termino quò ad processum facien. in negotio principali Rot. in nou. de appell. Dec. 32. aliàs 204. appellatus versi. ex præmissis igitur nu. 6. & terminus peremptorius est exclusiuus, ita q̃ post ipsum quis non admittitur absque restitutione. Rot. in nou. de appel. Dec. 64. aliàs 484. si appellatus nu. 3. vers. quarta ratio: Milis in Repert. versi. terminus omnis, & terminus ad dicen. contra commissionem assignari debet; quando agitur de desertione appellationis, quia Auditor sine assignatione illorum terminorum non potest pronunciare super hoc Rot. in antiq. de appella. Dec. 73. aliàs 822. sciendum est quod & terminus ad articulan. & ponen. assignatus, vbi assignatur, si illo termino nihil fuit factum iterato illum assignari petat per viam restitutionis in intergrum Fastol. caus. 53. dub. 62. die mercurij, & terminorum arctatio extra palatium contra morem palatij, vel omissio conclusionis vbi summariè non proceditur, nõ annullat processum neque sententiam. Bell. concl. 286 in causa mea, & 277. etiam vbi, & terminus ad viden. reassumi causam non est necessarius ad ualiditatem processus Bellam. concl. 129 terminus reassumptionis.

In secunda instantia.

Omnes termini prædicti seruantur ad primam diem. Excepto termino ad articulandum qui seruatur ad octauam.

In tertia instantia.

Omnes termini prędicti seruantur ad primam diem, Excepto dicto termino ad articulandum qui seruatur ad vj diem.

Ordo terminorum substantialium in causis prophanis iuxta stilum palatij causarum antedicti.

In prima instantia.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.

Quo verò ad causas profanas non seruantur termini in totum, vt hic iacet, & inferius ponam loco suo secundùm contingentiam facti, nam in prima & secunda instantia seruantur prout vt hic ponitur in secunda instãtia excepto ibi vltimo termino, qui dicit ad dicendum contra declarationem ad primam diem: si dantur declarationes facto, quia iste terminus non seruatur de consuetudine, & demum in qualibet causa profana termini seruantur prout in casibus beneficialibus & vt in hoc euitetur ordo iuris communis, longiores in causis profanis, quàm in beneficialibus. Quãdo committitur causa profana petitur in rescripto siue commissione, quod iudex procedat prout in beneficialibus, quę clausula nunquam denegatur & quando causa profana committitur, quod summariè simpliciter, & de plano sola facta veritate inspecta, & terminis non seruantis, modus procedendi in prædictis causis prout in beneficialibus seruetur. Rot. in no de reser. D. 2. aliàs 33 quando committitur causa nu. 5. versi. in causis verò profanis: & si causa profana committatur cum clausula simpliciter & de plano, & sola facti veritate inspecta procedatur, tunc potest procedi summariè simpliciter, & de plano, omnes tamen terminos palatij in summario processu seruari consuetos seruando, & in nullo abbreuiando. si verò quod terminis non seruatis, vel abbreuiatis tunc omnes termini in causa profana seruari soliti seruentur, sed abbreuiantur arbitrio iudicis, Rot. in nou. de reser. Dec. 2. aliàs 35 quando committitur causa in fin. versi. in causis verò profanis: si verò committatur causa cũm clausula, ꝙ sola facti veritate &c. & terminis non seruatis, tunc omnes termini in processu summario seruẽtur, & etiam abbreuientur arbitrio iudicis, quæ ordinatio fuit facta per Vrbanum vj. prout supra dictum est, & quando in causa profana datur terminus ad ponendum, & articulan. primò datur actori, Rot. in antiquis de iudic. Dec 25. aliàs 508. nota quod in causa, & in antiquis de dilat. Dec. prima alias 169. nota ꝙ in causa profana: & terminus præfixus instantiæ debet intelligi si infra dictum terminum causa possit expediri. Cassad. de appell. Dec. 9 num. x. & si terminus per gratiam post alios plures terminos ad eundem actum expediendum, potest pars monita in vltimò termino facere quæ potuisset in primò, Nicol. de Mil. in repert. versi. terminus licèt sit termino ad articulandum dato, elapso in causa profana, & mere ciuili articuli admittuntur, qui sunt de iure dandi, dummodo dentur ante conclusionem, & hoc est de stilo Curiæ secundùm æquitatem, & de iure forsan aliud esset: Nicol. de mil. in repert. in versi. termino ad articulan. termino etiam ad articulan. dato, & elapso pro parte rei debent admitti articuli in omni casu, dummodo sint merè defensorij, ideſt tendentes ab absolutionem, non ad iudicatoriam obtinendam, & dummodo dentur in termino ad recipien. dato puta, in termino dato ad dicendum contra articulos, quando ille qui datur actori ad articulan. si Reus difert vsque & prope conclusionem ad articulandum non debet admitti, quia præsumitur pro relatione causa hoc facere. Nicol. de Mil. in Repert. versi termino ad articulan dato. Et termino ad articulandum dato, & elapso articuli obiectiui nõ admittuntur, nisi vigore specialis commissionis, quæ si in prima instantia concedatur pro articulis obiectiuis, vel male specificatis admittuntur, dummodo aliàs sint probabiles lapsu termini non obstante nec extenditur dicta commissio ad secundam vel tertiam instantiam vt in eis post terminum probare possit, cum in earum termino possit de iure communi probare non probata in prima instantia, & hæc vera nisi articuli non possint alio modo specificari vt quia negatiuum, quia tunc in secunda & tertia instantia post eorum terminos probare poterit dummodo tamen sicut in termino producti. Nic. de Mil. in repert. in ver. termino ad articulan. elapso terminus autem quilibet si assignatur in curia censetur peremptorius, si extra Curiam distingue, an si vnus terminus vel trinus & an cum comminatioñe, vel sine est etiam peremptorius Nic. de Mil. in. repert. in versi. terminus quilibet termino dato ad soluendum hodie non potest creditor agere nisi in fine diei, vt dicatur promitto dare tibi decem, secus si terminus solùm apponatur, puta promitto tibi hodie dare decem, quæ hodie soluam, item secus in termino ulteriori quàm hodie. aut si promittat tertiò Kal. Februarij, quia tunc non potest peti nisi in fine Kal. Nic. de Mil. in repert. in uori terminus datus ad id & terminus dummodo ante terminum ad articulan. expediantur literæ, positus in commissione derogatoria Regulæ quod non committantur causæ sine literarum expeditione ponitur per signaturam), vt terminum ad articulandum, & interim beneficium nõ dicatur litigiosum, nec locus sit regulæ de subrogandis & hoc fit, ut isto interim detur iurisditio iudici, vt actor causam commodius instruat, & prę paret necessaria ad iudiciũ Saru in Cõpe. Vtriusq; signaturæ nu. 51. & terminus regulæ de annali pfixus ad expedien. causam illi qui impetrauit beneficium per annũ pacificè possessum non currit actori qui diligenter prosecutus, est cãm sed defectu rei, qui traxit in longũ, & causa non fuit expedita Alfon. sotto super 32 regu. Innoc viij col. 5. & hoc optime facit l. contra maiores, & ibi Bald. in princ. & per totam. C de inoffic. test. & termini qui in litibus & causis præsertim de iure seruari soliti, si sint seruati in prima instantia ut litis contestatio facta in prima instantia, non requiritur in secunda Rot. in nou. de litis cõtestatio. Dec. 1. aliàs 8. fuit dubitatum nu. 1. col 1. & ii. vbi ꝙ dicti termini sunt instantiæ, & non causę: & sufficit ꝙ iura verbo producantur qñ terminus fuit prefixus ad producen. iura. Rot in antiq. de iudic. Dec. 32. aliàs 814. sciendum quod, & terminus peremptorius non potest transgredi. Rot in antiq. Fastolcaus. 33. dub. 62 die mercurij imò potest pluries statui, & omittuea. caus. & dub. Fastol. terminus verò ad dicen. contra appellationem potest circumduci non comparente appellato. Rot. in antiq de iudi. Dec 6. aliàs 743 nota ꝙ si Auditor: terminus etiam ad concluden. debet prorogari pro parte instante, aliàs grauaretur, & pars potest appellari, Rot. in antiq de iudi. Dec. 9. aliàs 762. scien. est terminus assignatus ut ante viginti dies aliquid facias, vigesimus dies includitur in termino & sic intelligitur ante 20. dies completos, idem si dicat infra 20. dies. Nico. de Mil in repert. in versi terminus si est: & terminus peremptorius est inuentus in sacro palatio, vt finiantur citius causæ, & lites Rot. in nou. de seque poss. & fruct. Dec. 2. aliàs 30. fuit dubitatum num. 2. & 3. & dictus terminus peremptorius excludit productionem exceptionum perẽptoriarum vel probationum necessariarũ Rot in nou. de seq. poss. & fruc. Dec. 2. aliàs 30. fuit dubitatum nu. 2. & 3. & termini sola præfixio non defert, neque deuoluit negotium principale litis, & causæ ad curiam. Rot. in nouis de appel. Dec. 32. aliàs 204. Appellatus ver ex præmissis igitur nu. 6. & terminus assignatus ab Auditore sacri palatij actori, vel reo tam in causa spirituali quàm profana ad probandum, si pars cui terminus fuit præfixus

fixus produxit verbo iurā dicto termino durante satis est, secus si in termino non produxit neque facto, neque verbo, quia tunc non valet aliquid assignatio dicti termini. Rot. in antiq. de iudi. Dec. 32. aliàs 814. sciendum quod, terminusq; octo dierum datus ad probandum manifestam offensam, siue exceptionem excommunicationis incipit currere post exceptionem admissam, & potest prorogari per iudicem Rot. in nou. de senten. ex co. Dec. 4. aliàs 208 terminus octo dierum: & terminus peremptorius non potest transgredi. Rot. in antiq. Fast. caus. 33. dub. 62. die mercurij. Potest etiam terminus peremptorius pluries omitti. d. caus. & dub. Fast. die mercurij. terminus autem ad consulendum dominum datur in causis pendentibus extra Rotam. secus si pendeant in Rota, quia tunc non cōsueuit; Rot. in antiq. de iudi. Dec. 63. aliàs 753. nota quod si, & terminus mensis datus ad intimandam appellationem in terminis dicm. causam de electio. intelligitur datus parti, siue speciali procuratori; Cass. de appell. Dec. 10. in prin. terminus præfixus ad aliquid faciendum currit à die notitiæ, siue à die quo scire potuit non autem præfixionis c. licèt; & ibi glo. in verb à notitia de supplen. negli. prælat. terminus infra tempus debitum ad deliberandum, an rem pro se retinere pro eodem precio domino rei in subastatione rei præfigi debet. Rot. in antiq. de locat. & conduc. Dec. prima aliàs 862. quidam emphiteota. & terminus est à iure præfixus ordinario, siue superiori ad instituendum præsentatum ad beneficium quod est de iure patronatus. Rot. in nou de iur. patro. Dec. 2. aliàs 212. secundùm omnes. Abb. in c. ij. col. fin. in fin. de concess præben.

Ad libellandum ad octauam diem.

Ad respondendum libello item contestandum, & de calumnia iurandum ad i. diem.

Et requiritur quòd quatuor vicibus citetur pars. Primò simpliciter. Secundò ad i. diem. Tertio ad idem sub excommunicationis pœna. Quartò ad idem ex superabundāti alioquin ad videndū se declarari semper ad. i. diem.

Ad articulandum ad xv.

Ad dicendum contra articulos ad ij. diem.

Ad producendum omnia ad ij. diem.

Ad dicendum contra producta ad ij. diem.

Ad declarandum & iurandum de calumnia ad i. diem.

Ad dicendum contra declarationem ad i diem si declaration. dantur facto & in scriptis. Secus verò si verbo tantùm cum repetition. actorū & non est substantialis sed accidentalis terminus.

In secunda instantia in profanis.

Ad dicendum contra commissionem ad i. diem.

Ad libellandum ad i diem.

Ad articulandum ad octauam diem.

Ad dicendum contra articulos ad i. diem.

Ad producendum omnia ad i. diem.

Ad dicendum contra producta ad. i. diem.

Ad declarandum & iurandum de calumnia ad. i. diem.

Ad dicendum contra declaration. ad i diem si dantur declaratio. facto.

In tertia instantia.

Omnes termini prædicti seruantur ad primam diem iuridicam præterquàm ad articulandum qui seruatur ad sextam diem.

Nota q̄ quando vna sententia absolut. lata est pro reo & duæ sententiæ pro actore, & causa appellationis committitur tunc seruantur termini sicut in ij. instan.

In

In causis nullitatis sententiæ vel processus seu actus iudicalis vbi constat ex eisdem actis de nullitate.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.

Ad dicendum contra vltimò producta scilicet contra processum vel alium actum iudicialem de cuius nullitate agitur ad. i. diem.

In causis grauaminum in qualibet instantia.

Ad dicendum contra commissionem ad. i. diem.

Ad dicendum contra appellationem ad. i. diem.

Ad impugnandum & iustificandum ad. i. diem. Quibus terminis seruatis potest pars citari ad statim ad videndum inhiberi coauditori. Secus coram commissarijs.

In causis desertionis appellationis.

Ad dicendum contra commissionem ad. i. diem.

Ad docendum de diligentia prosecution. appellation. primò, & pro prima dilatione ad primam diem.

Ad idem secundò & pro secunda dilatione ad i. diem.

Ad idem tertiò & pro tertia dilatione ad. i. diem.

Ad idem quartò & pro quarta dilatione & ex superabundanti alioquin &c. ad primam diem.

Simili modo quando reus petit sententiam absolutoriam ab instantia iudicij, seruantur quatuor termini ad procedendum prout de iure primò secundò, tertiò quartò &c.

In facto remissionis ad partes in qualibet instan. decernendæ.

Ad dicendum contra commissionem ad i. diem.

Ad videndum decerni remissionem ad statim.

Ad concordandum de loco & loco loci & iudice ad statim.

Ad dandum interrogatoria ad hodie & cras.

Ad videndum includi articulos ad statim.

Ad videndum iurare portitorem ad statim.

Nota hic q̄ in palatio apostolico non debet seruari terminus ad dicendum contra commissionem, quia Rota dat remissionem siue remissoriam vigore Bullæ Innocentij viij.

In facto compulsoriæ specialis cum præfixione termini ad partes.

Ad videndum decerni compulsorias speciales ad statim.

In notorijs factis rebus & causis seu casibus vel criminibus.

Ad dicendum contra commissionem ad. i diem.

Ad dicendum contra articulos quos non oportet admitti nec probari: quia notorij sicut in causis attentatorum & restitution. ad. i. diem.

INTITV-

HAYTOPBIBLIOTEKA
ЗКУ имени И. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. Мечникова

INTITVLATIO REGISTRI.

Registrum siue acta in causa N. coram R. P. D. N. Auditore in prima vel secunda vel tertia instan. inter partes infrascriptas habitum & factum.

Vel sic Coram R. in Christo patre & domino domino. N. Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopo N. sacri palatij apostolici causarum Auditoris locumtenen. in prima.

Si in locum alicuius surrogatus, addatur surrogato, vel Auditori surrogato.

Si coram R. P. D. Auditore cameræ.

Registrum siue acta in causa N. coram R. P. D. N. curiæ causarum cameræ Apostolicę generali Auditore in prima instantia inter partes infrascriptas habitum & factum.

INITIVM REGISTRI

PRAESENTATIO COMMISSIONIS.

IN NOMINE Domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo trigesimo septimo. Indictione decima. Die vero veneris vigesima mensis Iunij. Pontificat. S. in Christo patris & domini nostri D. Pauli diuina prouidentia Papæ iij. anno tertio. In mei notarij publici testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus vir. N. præfati Sanctissimi domini nostri Papę cursor ex parte eiusdē d. n. Papæ quandam commissionis siue supplicationis papiri cedulam Reuerendo patri d. N. vtriusque iuris doctori, dicti D. N. Papæ capellano & ipsius sacri palatij Aposto. causarum auditori facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque præsentauit. Quam quidem commissionis siue supplicationis papiri cedulam dominus auditor memoratus, de ipsius cursoris manibus reuerenter vt decuit ad se recipiens, eam mihi. N. clerico. N. dicœce publico Apostolica & Imperiali autoritatibus & sacri palatij Apostolici antedicti causarum notario, scribæque suo tradidit fideliter registrandam. Mandans nihilominus atque committens, vt tam dictam commissionis siue supplicationis cedulam, quàm etiam omnia alia quæ ipsius commissionis vigore conscribenda occurrerint in actis meis publicis & præsentis causæ registro fideliter scriberem & registrarem, aut per alium mihi fidelem scribi & registrari facerem. Et cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta, partibusq; copiā petentibus, dum ipsis per D. Auditorem prefatum decreta fuerit atque concessa, fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem.

Annus, īdictio, dies, mensis, & pontificatus.

Nomē cursoris.

Nomen & titulus Auditoris.

Nomen notarij.

Vel sic, si est coram Episcopo locumtenente vel electo.

Reuerendo in Christo patri & D. N. Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo N. uel electo. N. unius ex reuerendis patribus dominis sacri palatij Apostolici causarum auditoribus locumtenen. facto realiter &c. Et aduerte uerbum ibi locumtenente, quod quando auditor sacri palatij Apostolici promouetur ad aliquam Ecclesiam Cathedralem non uocatur ulterius auditor sed auditoris locumtenens, & promoti ad Ecclesiam cathedralem non possunt eligi ad audiendum causas in dicto palatio Apostolico. Et causa quando reperitur commissa pluribus D. auditoribus, ille cognoscere causam debet, cui primo cōmissio præsentata fuit, etiam absque consensu aliorum coauditorum, nisi causa sit commissa extra Rotam, quia tunc cognoscere debet causam ille qui primò citationem decreuit, non autem presentationē rescripti. Cass. de Reseri. Dec. 5. in princ. Et causa commissa Auditori sacri Palatij, & alteri Iudici non auditori super eadem causa presentata fuit commissio, qui Iudex non auditor quia primò citationē decreuit, causam expedire debet. Cass. de Reseri. Dec. 5. num. 1. Et causa profana in qua petitum fuit procedi summarie, & de plano, signatura tamen simpliciter dicat. Audiat talis & iustitiam faciat, potest cognosci summarie & de plano, quia omnia petita uidentur concessa, si de commissione cancellarum aliquid non sit. Rot. in nou. de reser. dec. 9. alias 77. si petatur, se-

Titulus episcopi uel electi.

cus si signatura dicat, Audiat talis, & iustitiam faciat. Rot. in nou. Dec. 28. aliàs 368. eo. tit. si commissione.

Vel sic si est coram R.P.D. Auditore camerę.

Titulus R.P.D. Auditoris camerę Aposto.

R.P.D.N. Curię causarum cameræ Apostolicæ generali Auditori Romanæq; curiæ ac appellationum & reclamationum in terris Roma. eccle. mediate uel immediate subiectis quomodolibet interpositarum iudici ordinario sententiarum & censurarum in eadem Romana curia latarum ac literarum Apostolicarum uniuersali executori iudiciq; & commissario ab eodem D.N. Papa specialiter deputato facto realiter &c.

Vel sic si est coram surrogato alicuius.

Reuerendo patri. D. N. ut supra causarum & causæ huiusmodi in locũ Reuerendi P. D. N. dicti palatij causarum coauditoris sui propter eius a Roma. cu. recessum siue eius corporis alterationem surrogato auditore facto realiter ut sup. nisi quòd addatur hæc dictio surrogatus siue sit Episcopus siue electus. Et hic nota quòd quando unus ex auditoribus dicti palatij apostolici & Episcopi si casu recedat à Roman. cur. & ad partes aliquas uadat, siue propter infirmitatem, aut alium inuitabile impedimentum ita q causas coram eo pendentes audire non potest, tunc partes colitigantes propter impedimentum Auditoris amicabiliter concordant de alio Auditore, qui causas easdem audiat, & si non sunt concordes citantur per cursorem uicissim hinc inde coram Reuerendo. D. Decano Rotæ antiquiore auditore, coram quo litigantes duos pro quolibet Auditores alios nominant, & si nõ concordant in uno ex dictis nominatis. Reuerendus. D. Decanus, aut unũ ex dictis quatuor auditoribus eis assignat, aut unum ex auditoribus nõ nominatus nominat, qui postmodum ad expeditionem causæ procedat.

Si principalis notarius non scribit in rota, tunc sic.

Eam mihi. N. de N. clerico. N. diœce. publico Apostolica & imperiali autoritatibus notario in locum discreti uiri. M. N. dicti palatij causarum notarij scribæ suo &c. ut sup.

Vel sic si est coram commissario.

Titulus D. Iudicis commissarij Aposto.

Reuerendo in Christo patri & D. D. N. Dei & Apostolicę sedis gratia, Episcopo. N. Sanctissimi. D. N. Papæ Referendario, causæq; & causis ac partibus infrascriptis iudici commissario ab eodem. D. nostro Papa specialiter deputato facto &c.

Tenor uerò commissionis, siue supplicationis papiri cedulę unde supra fit mentio sequitur & est talis.

Commissio causæ per cursorẽ præsentata.

Dignetur &c. uel Beatissime pater &c. & scribatur tota commissio usq; ad signaturam exclusiue, deinde. in for. aduoc.

In fine uerò dictæ commissionis siue supplicationis cedulæ scripta erant de alterius manus litera superioribus literis ipsius cedulæ penitus & omnino dissimili & diuersa hæc uerba, uidelicet.

De mandato domini nostri Papæ. Audiat idem auditor, terminum prę figat ac procedat etiã summarie, ut petitur, & iustitiam faciat, & dicta uerba in fine dictæ commissionis ponuntur etiam sub alijs commissionibus, sed non hæc proprie sed secundùm materiam & naturam alterius commissionis.

Signatura commissi.

In extremitate uerò inferioris marginis scripta erant etiam de alterius manus litera superioribus literis ipsius cedulæ similiter penitus & omnino dissimili & diuersa hæc uerba, uidelicet.

Placet domino nostro papæ. Hier. Card. Verallus.

PRæsentata siquidem & tradita fuit præinserta commissionis siue supplicationis papiri cedula Reueren. P. D. N. Auditori præfato.

Si est

Si est Episcopus uel surrogatus, tunc sic.

Locus prę sentationis cõmissionis.

Reuerendo in Christo patri & domino. N. Episcopo locumtenen. surrogato per cursorem antedictum Romæ in domo habitationis suæ sub anno indictione mense die & pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem discretis uiris magistris. N. & N. notarijs publicis, dictiq; domini Auditoris siue Episcopi locumtenen. surrogati & coram eo scribis clericis. N. & N. diœce testibus ad præmissa uocatis specialiter atque rogatis.

Testes.

Vel sic, si fit in iudicio. Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum Aposto. in quo iura reddi solent mane hora audien. causarum consueta ad iura reddendum & causas audien. in loco suo solito & consueto pro tribunali seden. Sub anno indictione &c. præsentibus ut sup.

Si eadem die aliquid fit præter præsentationem commissionis, sic continuatur.

Post cuius quidem commissionis siue supplication. cedulæ præsentationẽ sic ut præmittitur factam constitutus &c. siue comparuit. N. &c.

Præsentatio commissionis dependentis.

DIe &c. In mei prę sentis causæ notarij atque scribæ prædicti testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus uir N. D. N. Papæ cursor ex parte eiusdem. D. N. Papæ quandam commission. siue supplication. dependen. papiri cedulam. D. N. Auditori prefato &c.

Si est copia prę inserta tunc sic. Papiri cedulam copiam alterius commissionis in eius capite. Vel sic binas copias in eius preambulo habentem. D. Auditori.

Vel sic Episcopo locumtenen. surrogato prę fato facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque præsentauit. Quam quidem commissionis siue supplicationis dependen. cedulam idem D. Auditor ad se de ipsius cursoris manibus reuerenter ut decuit recipiens, eam mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto tradidit fideliter registrandam. Mandans mihi nihilominus atque committens ut tam ipsam commission. siue supplication. dependen. cedulam quã etiam omnia alia & singula quę ipsius commissionis uigore inter partes in eadem contentas conscribenda occurrerint in actis meis publicis, & ipsius causæ registro fideliter scriberem & registrarem, aut per alium mihi fidelem scribi & registrari facerem, & cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta, partibusq; copiam petentibus dum ipsis per dominum Auditorem concessa fuerit fideliter traderem & exhiberem actis, ex eisdem.

Clausula quando Episcopus est translatus.

Mandans mihi nihilominus atque committens, ut in omnibus & singulis causis in quibus coram prefato. D. tunc Episcopo. N. nunc uero. N. iudice & commissario scribere solebam, seu ad scribendum deputatus fueram ulterius coram eo scriberem & continuarem &c.

Si habet copiam prę inserta m.

Commissio dependens cum altera prę inserta prę sentata.

Tenor uerò commissionis siue supplicationis dependentis papiri cedulæ ac copiæ alterius commissionis eidem in capite præinsertæ, unde supra fit mentio sequitur & est talis. Dignetur &c. Vel Beatissime pater, &c. In fine &c. Præsentata &c. ut supra nisi quod addatur dependentis.

Præsentatio commissionis generalis.

IN mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus uir. N. domini nostri Papæ cursor ex parte eius-

dem domini nostri Papæ quandam commissionis siue supplicationis generalis papiri cedulam, Reuerendo patri domino N. utriusque iuris doctori, dicti domini nostri Papæ Capellano, & ipsius sacri palatij causarum Apostolici & in locum Reueren. patris domini. N. Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopi & causarum palatij antedicti Auditoris locumtenentis Auditori surrogato propter ipsius D.N Episcopi locumtenen. à Ro.cu absentiam uel corporis alterationem, uel obitum, facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque præsentauit. Quam quidem commissionis siue supplicationis papiri cedulam idem D. Auditor surrogatus de ipsius cursoris manibus ad se reuerenter ut decuit recipiens, eam mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto tradidit fideliter registrandam.

Mandans nihilominus atque committens, ut in causa & causis huiusmodi in quibus coram eodem domino Episcopo locumtenen. Ante ipsius à Romana curia recessum uel corporis alterationē, uel obitum, scribebam & ad scribendum deputatus fueram, ulterius coram eo fideliter scriberem & continuarem. Ipsamq; commissionis siue supplicationis generalis cedulam in actis meis publicis ac præsentis causæ omniumq; & singularum causarum prædictarum registris fideliter scriberem & registrarem, aut per alium mihi fidelem scribi & registrari facerem. Et cum expediens fuerit ipsam cum omnibus & singulis quæ ipsius commissionis uigore fieri contigerit in publica redigerem, seu redigi facerem documenta, partibusque copiam petentibus dum ipsis per dominum Auditorem surrogatum prætatum decreta fuerit atque concessa, fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem.

Tenor uero commissionis siue supplicationis generalis papiri cedulæ unde supra fit mentio sequitur & est talis. Dignetur, &c. In fine uero &c. ut supra.

Principium registri coram Cardinali quando committitur uiuę uocis oraculo.

Relatio Cardinalis de commissione causæ sibi facta.

ANno &c. In mei notarij publici testiumq; infra scriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Reuerendissimus in Christo pater ac. D. D. N. miseratione diuina. tt. sancti N. sacrosanctę Roma ecclesiæ præsbyter Cardinalis N. uulgariter nuncupatus iudex & commissarius autoritate Apostolica specialiter ad infrascripta deputatus, asserens qualiter hodie præfatus D.noster. D. Paulus Papa tertius in palatio apostolico uiuæ uocis oraculo sibi commisisset atque in mandatis dedisset, ut de omnibus & singulis in infrascripta cōmissione contentis eorumq; circunstantijs uniuersis diligenter se informaret, causamq; & causas inter partes in eadem descriptas audiret, cognosceret, decideret, & fine debito terminaret, cum omnibus & singulis suis emergentibus dependentibus & connexis, cum potestate etiam per edictum publicū monendi citandi & sub censuris ecclesiasticis inhibendi, ac in euentum nō paritionis declarandi aggrauandi, aliasq; & alia faciendi prout & quemadmodum in eadem commissione. Cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur. Quam quidem commissionis siue supplicationis cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque dedit mihi. N. clerico. N. dicœce. publico imperiali autoritate notario scribæq; suo tradidit fideliter registrandam. Mandans mihi nihilominus atque committens &c. utsupra.

Tenor uero commissionis &c. utsupra.

Vel aliquando sic.

Alia relatio Cardinalis.

DIe &c. Reuerendus in Christo pater & D.D.N. miseratione diuina. tt. sancti N. præsbiter Cardinalis. N. uulgariter nuncupatus. Iudex & Commissarius prædictus mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto quandam expositionis siue supplicationis cedulam facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque dedit. Et nihilominus mihi præsentis causę notario atque scribæ prædicto retulit qualiter hodie in consistorio publico præfatus dominus noster. Papa sibi expositionis siue supplicationis cedulam huiusmodi dedit & commisit uiuæ uocis oraculo, quatenus in præsenti causa procederet non obstante suspicione de non procedendo prius per eum facta,

Vel sic. Huiusmodi causa N. dictæ expositionis siue supplicationis cedulæ continentiam & tenorem resumeret, & procederet in eadem mandans nihilominus atque committens, ut dictam expositionis siue supplicationis cedulam ac suam relationem huiusmodi apud acta præsentis causæ registrarem aut per alium mihi fidelem registrari facerem, & cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta, &c.

Tenor uero expositionis siue supplication. papiri cedulæ unde supra fit mentio, &c.

Facta autem fuit relatio huiusmodi mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto per Reuerendissimum D. Cardinalem Iudicem & Commissarium præfatum Romæ in domibus habitationis suæ sub anno indictione, die, mense & pontificatu quibus supra, &c.

Vel sic & frequentius.

IN nomine domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem &c. ut su. discreti uiri N. & N. sanctissimi domini nostri Papæ prehibati cursores ex parte eiusdem D. nostri papæ quandā commisionis siue supplicationis, &c. ut supra, Præsentata &c p cursores antedictos Rom. in domibus habitation. suę &c.

Principium registri coram commissario uigore literarum Apostolicarum.

Alia relatio Cardinalis.

Præsentatio literarum apostolicarum per principalem.

IN nomine domini Amen &c. In nostrorum notariorum publicorum testiumq; infra scriptorum ad hęc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis uir D.N. principalis in infrascriptis literis Apostolicis principaliter nominatus habens & in suis tenens manibus quasdam literas Apostolicas præfati domini nostri Pauli papæ tertij eius uera bulla plumbea cum cordula canapis more Roma. cu. impenden. bullatas sanas siquidem & integras non uitiatas cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus uitio, & suspicione carentes ut in eis prima facie apparebat. Quas quidem literas Apostolicas idem dominus N. principalis Reuerendissimo in Christo patri & D. D. N. Dei & apostolicæ sedis gratia Archiepiscopo N. alteri ex iudicibus & executoribus in eisdem literis Apostolicis descripto ac nominato, per prefatum D. nostrum Papam autoritate apostolica cum illa clausula. Quòd uos uel duo aut unus uestrum per uos uel alium seu alios, &c. specialiter deputato, humiliter exhibuit atque præsentauit. Dictusque R. D. N. Archiepiscopus iudex & executor præfatas literas Apostolicas ad se cum ea qua decuit reuerentia recipiens eas nobis N. & N. Apostolica & Imperiali autoritatibus notarijs publicis tradidit fideliter registrandas. Mandans nobis nihilominus atque committens ut tam ipsas literas Apostolicas quàm omnia alia & singula quæ ipsarum uigore inter partes in eisdem contentas conscribenda occurrerint in actis nostris publicis atque præsentis causæ registro fideliter scriberemus & registraremus, aut per alium nobis fidelem

Nomen domini commissarij.

Nomina notariorum.

HAYKOBA BIBLIOTEKA
Obiy imeHi IVANCHENKOBA

scribi & registrari faceremus, & cum expediens fuerit in publica redigeremus seu redigi faceremus documenta, partibusq; copiam petentibus dum ipsis per prefatum . R. D. Archiepiscopum iudicem & executorem decreta fuerit concessa fideliter traderemus & exhiberemus actis ex eisdem . Non consueuerunt inchoari causæ mediante exhibitione literarum apostolicarum nisi coram auditore cameræ, qui est merus executor literarum apostolicarum, & hoc seruatur in literis apostolicis reseruationis alicuius pensionis annuæ super fructibus alicuius beneficij, & in obligationibus in forma camerę, & uigore appellationis corā eo interpositę à grauaminibus, siue diffinitiua in terris Ecclesię mediate, uel immediate subiectis interpositę, cum auditor Cameræ ordinarius iudex sit in omnibus appellationibus in Terris Ecclesiæ interpositis, & coram alijs iudicibus requiritur commissio, siue rescriptum etiam quò ad Auditores Rotæ ad radicandam iurisdictionem suam, quam non habet sine mandato principis, & ita seruatur stilus in Roma. Cur. Et si procurator constitutus in aliqua causa, non acceptauerit onus procurationis expresse, nec dictæ procuræ consenserit faciendo, & producen. iura, sed solummodò passus est se citari ad aliquem, uel omnes actus dictæ causæ, & nunquam comparuit, non dicitur uerè procurator & non est sufficiens tacitus consensus, & patientia, & ita practicatur. Cass. de Reser. dec. 3. in princi. usque ad numerum secundum.

Tenor uero literarum Aposto. unde supra fit mentio, &c.

Paulus Episcopus . in for. instr.

Principium registri remissionis in partibus iudici eiusdem præsentatæ. Præsentatio remissorię.

Portitor præsentauit d. iudici remission. & tact. &c. iurauit se fideliter portasse .

IN nomine domini Amen , &c Constitutus discretus vir. N. clericus N. diœce. nuncius portitor iuratus ad hoc ut asseruit specialiter deputatus ex parte . R. Pa. D. N. iuris utriusque doctoris præfati domini nostri Papæ capellani ac ipsius sacri palatij Apostolici causarum causæq; atque causis ac partibus infrascriptis Auditoris nonnullas patentes literas eiusdem . D. Auditoris suo sigillo ceræ rubeæ impressa capsula lignea cum cordula filli rubei coloris impenden. sigillatas sanas integras non uitiatas non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus uitio & suspicione (ut prima facie apparuit) carentes, unà cū remissionis rotulo sub eodem sigillo more Roma. cu. ut apparuit firmiter clauso. Venerabili & circunspecto uiro domino. N. decretorum doctori decano N. iudici & commissario ac causę huiusmodi remission. executori facto realiter & in scriptis, quarum remission. literarum tenor inferius est insertus, exhibuit atque præsentauit. Et nihilominus literas, & rotulum clausum remission. prę dictæ, ipsum rotulum non aperiendo neque in ipso, & literis huiusmodi aliquid addendo minuendo uel mutando fideliter portasse & ut præfertur præsentasse per iuramentum suum iam ut asseruit præstitum & quod de mandato in manibus prælibati domini N decani iudicis commissarij & executoris ad sancta Dei euangelia scripturis sacrosanctis propterea tactis corporaliter iterum & de nouo præstitit dixit & iurauit. Quas quidem patentes literas unà cum rotulo remissionis huiusmodi idem dominus M. decanus commissarius & executor ad se recipiens ipsaq; mihi N. clerico . N. diœce. publico apostolica autoritate notario tradidit. Mandans nihilominus atque committens ut tam ipsas patentes literas quàm rotulum remission. huiusmodi postquam fuerit iudicialiter apertum ac omnia & singula quę rotuli & literarum huiusmodi uigore inter partes in eis contentas conscribenda occurrerint in actis meis publicis & præsentis causæ registro fideliter scriberem & registrarem, aut per alium fideliter scribi & registrari faceremus,

Nomen D. iudicis .

Nomen notarij .

cerem , & cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta , partibusque copiam petentibus, dum ipsis per eundem dominū. N. decanum iudicem & commissarium executorem decreta fuerit & concessa, fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem &c. Tenor uero dictarum literarum una cum rotulo remissionis huiusmodi sequitur , & est talis. Comparuit &c. Infra lxxvj.

Initium registri coram auditore cameræ iudice ordinario Appellationum per introductionem appellationis, &c.

IN nomine domini amen &c. Coram auditore, &c. In mei notarij publici &c constitutus prouidus uir. M. N. honorabil viri D. N. in huiusmodi causa principalis procurator volens de suæ procurationis mandato fidem facere legitimam . Quoddam procuration. mandati instrumentum publicum signo , & subscriptione discreti uiri, N. &c. ut prima facie apparebat signatum, & subscriptum unà cum quadam litera testimoniali super legalitate eiusdem notarij patenti sigillo magno eidem literæ impresso priorum, & consul um dictæ ciuitatis ut uidebatur facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit . Et insuper duo appellation. pro parte sua uel pro parte ipsius. D. N. principalis in partibus interpositarum publica instrumenta signo & subscriptione solitis dicti. N. notarij ut in eis similiter apparuit facta , subscripta & signata etiam facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit. Quas quidem appellation. & earum quamlibet prælibatus M. N. procurator quo supra nomine procuratorio admitti . sibiq; & parti suæ earundem uigore citationem legitimam unà cum inhibitione inserta extra Roma. cu. & ad partes contra & aduersus N & N. ex aduerso principales supradictos. Necnon egregium uirum D. N. iudicem &c. si sententiam suam defendere uoluerit. Omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putan. extra Roma. cu. & ad partes in forma dictæ curiæ consueta decerni, & concedi per D. Auditorē præfatum debita cum instan. postulauit. Ex tunc D. Auditor memoratus ad prænominati magistri N. procuratoris instan. appellation. antedictas more solito admittendum duxit & admisit . Et nihilominus earum uigore citationem unà cum inhibitione inserta prepetitas eidem magistro N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ extra Rom. cu. & ad partes decreuit atque concesit , eæque prout petitæ extiterant atque decretæ per me N. dictæ curiæ & præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi , sigilliq; proprij dictæ curiæ cameræ Apostolicæ quo ipse dominus Auditor utitur appensione cōmuniri uoluit , iusitq; pariter & mādauit, prout, & quemadmodum in quibusdā citation. unà cum inhibitione inserta publicis instrumentis per me præsentis causæ Notarium atque scribam prædictum exinde in notam recept. & inferius apud acta causæ huiusmodi registratis plenius continetur & habetur, Præsentibus ibidem, &c.

Procur. dans instrumentū procurationis & fidē legalitatis cū duobus instrumentis appellation. facto obtinuit appel. ipsas admitti & citat. cum inhibit. ac cōpulso ad partes decerni sub termino . xx. di. &c.

Tenores uerò mandati procuration. & appellation necnon citation. publicorum instrumentorum unde supra fit mentio, &c.

Appellationis interpositio coram R. P. D. Auditore cameræ tanquam coram egregia persona

COmparuit in iudicio, &c. coram R. P. D. Petro Paulo Parisio. I. V. D. Sanctæ sedis Apostolicæ protonotario, curiæ cau. cameræ Apostolicæ generali Auditore ac iudice appellation. & reclamation in terris Romanæ ecclesiæ mediate uel immediate subiect. quomodolibet interpositarum & ut tanquam egregia persona honorabilis uir dominus N. principalis , &c. & à R. P. D. ciuitatis Aretinę gubernatore nec non à quadam diffinitiua

ſententia ſeu uim diffinitiuę haben. contra dictum N. & in fauorem euiuſdam B. in quadam cauſa coram eodem D. Gubernatore inter eoſdem D. N. & B. de & ſuper quibuſdam petijs terrarum rebusque alijs, &c. uertente lata alijsque grauaminibus ſibi ut aſſeruit per dictum D. Gubernatorem illatis. Ad ſanctiſſimum, ut infra de appellationibus fo. xxxvij. uſque pro lecta habens. Præfato D. N. principali appellanti & apoſtolos petenti, apoſtolos teſtimoniales ſibi dandum & concedendum duxit atque conceſſit. Super quibus &c. præſentibus &c. Deinde idem D.N. principalis ibidē &c. Coram eodem R.P.D. Auditore cameræ, tanquam Rom.cu. & iudice Appellationum ordinario &c. comparens. Et ſupra dictam appellationis papiri cedulam ſiue appellationem ut præmittitur per eum coram eodem D. Auditore cameræ tanquā egregia perſona interpoſitam hic repetijt eamq; tanquam coram iudice appellationum & reclamationum in terris, &c. ordinario facto &c. introducendum duxit & introduxit. Quam quidem appellationem ut præmittitur pro parte dicti domini N. principalis interpoſitam R.P.D. Auditor præfatus ſi & in quantum de iure admitti debeat admittendum duxit & admiſit. Conſequenter autem dictus D. N. principalis ibidem adhuc &c. Comparens, & ſibi citationem legitimam una cum inhibitione inſerta &c.

Tenor uero appellation. papiri cedulæ unde ſupra &c.

Vel ſic.

Et nihilominus quoddam appellationis publicum inſtrumentum ab eximio & R.D.N. Vicario reuerendiſſimi domini N. Archiepiſcopi & tunc in huiuſmodi cauſa commiſſario Apoſtolico interpoſitæ in quadam cauſa uerten. coram eodem inter honorabilem uirum dominum N. & B. de & ſuper certa pecuniarum ſumma rebusque alij in actis cauſæ & cauſarum huiuſmodi latius expreſſis & illorum occaſione partibus ex altera à quadā ſententia ſeu pronunciatione per præfatum D. N. uicarium & in fauorem dicti B. & contra eundem dominum N. lata & promulgata, & per diſcretum uirum magiſtrum P. publicum Apoſtolica autoritate notarium ſignatum & ſubſcriptum facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit atque produxit, eandemq; appellationem coram eodem R.P.D. Auditore cameræ ut iudice appellationum ordinario introducendum duxit & introduxit. Quam quidem appellationē ſupradictus dominus Auditor ſi & in quantum de iure admitti debeat admittendum duxit & admiſit. Conſequenter autem dictus magiſter N. procurator ibidem adhuc præſens & perſonaliter conſtitutus & ſibi citationem legitimam uigore dictæ appellationis &c ut ſupra.

Procurator producto inſtrumēto appellationis intro duxit eandem appellationem coram ordinario, quam petijt & obtinuit admitti ſi & in quantum.

Tenor uero appellationis publici inſtrumenti unde ſupra &c.

Principium regiſtri coram auditore cameræ per inſtrumentum obligationis ſub pœnis cameræ.

Procorator producto inſtrumēto obligation. facto obtinuit cōfiteri debitū per procuratorē hic nominatum & debitores excōmunicari niſi intra tres.

IN nomine domini amen. Anno à natiuitate &c. Coram R.P.D N. &c. generali Auditore. Nota hic quòd Auditor cameræ in obligationibus in forma cameræ & in Roma.cu. eſt iudex ordinarius cum poteſtate ordinaria & ſine reſcripto glo. in uer. Auditor in Cle. Auditor. de Reſcrip. licèt ibi gl dicat Boni. viij. interloquutum fuiſſe quòd in Cu. Ro. nullus habet ordinariam niſi papa & idem eſt ſuper quo loquitur in ſequēti c. quia ibi loquitur de cauſa introducta uigore appellationis, quia auditor cameræ in Ro. cu. & in ſtatu eccleſiaſtico eſt iudex ordinarius in omnibus cauſis appellationum, In mei N clerici. N. diœce. publici imperiali & apoſtolica autoritatibus dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, & huiuſmodi cauſę per eundem dominum N. Auditorem notarij & ſcribæ ſpecialiter deputati, teſtiumq;

ſtiumq; infraſcriptorum ad hæc vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus diſcretus vir magiſter N. dictę curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicę notarius, & diſcretorum virorum N. & N. creditorum principalium procurator aſſertus, & eo nomine quo ſupra procuratorio per R. patrem D. N. Abbatem & N. & N. debitores de cc. flo. auri de camera dictis creditoribus principalibus facto inſtrumētum publicū per me &c. prędictum ſubſcriptum & ſignatum facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit produxit atque dedit. Et nihilominus diſcretum virum N. prędictę curię cauſarum camerę Apoſto. notarium, & prædictorum D. Abbatis & N debitorum procuratorem in eodem obligation. inſtrumēto inter alios conſtitutum, ad confitendum huiuſmodi debitum in huiuſmodi inſtrumento contentum cc. flo. auri de camera debita cum inſtan. requiſiuit. Qui quidem N. procurator & eo nomine quo ſupra procuratorio ſic vt præmittitur requiſitus, ſtatim & incontinenti viſo per eum &c. inſtrumento dictum debitum cc. flo. &c. prout id ex tenore dictę obligation. & cōſtitution. publici inſtrumenti melius facere poterat publicè & expreſsè confeſſus fuit pariter & recognouit. Quo facto idem M. N. procurator quo ſupra nomine procuratorio ibidem adhuc præſens & iudicialiter comparens, ac confeſſionem huiuſmodi expreſsè acceptans dictis D. Abbati & N. debitoribus ad dandum & ſoluendum dictis N. & N. creditoribus huiuſmodi cc. flor. ſub excommunicationis latæ ſenrentiæ pœna, in perſonam dicti M. N procuratoris ibidem præſentis, & comparentis aliquem certum peremptorium terminum prędigi, ſtatui, & aſſignari per D. Auditorem &c. poſtulauit. Quem quidem terminum D. Auditor præfatus ad prænominati M N procura inſtan dicti N. & N. debitoribus ad act. & terminum huiuſmodi niſi intra ſex dies ex tunc immediate ſequē. ſub excommunicationis pœna dicto magiſtro N procuratori prefigendum duxit & prędixit.

De confeſsione debiti.

Comparuit N. principalis citra &c. & dato inſtrumento obligationis facto obtinuit confiteri debitum.

DIe &c. Comparuit in iudicio &c. D.N. mercator Piſan. Roma. curiam ſequens principalis principaliter pro ſeipſo, citra tamen quorumcunque procuratorum ſuorum per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum reuocationem, & quoddam obligation. inſtrumentum publicum manu & ſigno diſcreti uiri M. N. publici Apoſtolica & Imperiali autoritatibus notarij ut prima facie apparebat ſignatum & ſubſcriptum, ad docendum de debito infraſcripto facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit atque produxit. Et nihilominus debitum mille quinquaginta ducat. auri de camera in quibus Reuerendus pater D. N. ex aduerſo principalis in dicto obligationis inſtrumento ex aduerſo principaliter nominatus ipſi D N principali & ſocijs mercatoribus Rom.cu ſequen prout in dicto inſtrumento deducitur, ex cauſa ueri puri & amicabilis mutui efficaciter obligatus exiſtit per diſcretum uirum M. N clericum N diœce. dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ notarium alterum ex procuratoribus, per dictum D. N. debitorem inter alios in dicto inſtrumento deſcriptos conſtitutum procuratorem ibidem præſentem & aſtantem confiteri, eundemq; N. ex aduerſo principalem debitorem ob cauſam prædictam iuriſditioni compulſioni, ac mero examini dictæ curiæ cauſarum camerę Apoſtolicę ſubmitti mandari per dominum Auditorem prefatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc D. Auditor ad dicti D. N. mercatoris inſtantiam prędictum debitum mille quinquaginta ducatorum auri de camera per præfatum M N procuratorem ibidem adhuc præſentem ut præmittitur & aſtantem confiteri, eundemq; N. ex aduerſo principalem debitorem ob cauſam prænarratam iuriſditioni, compulſioni, ac mero examini dictæ

ni dicte curiæ causarum camerę Apostolicę submitti uoluit, iussit pariter & ut moris est mandauit. Qui quidem M.N.notarius & procurator ibi dem adhuc presens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens statim & incontinenti uiso primitus,& per eum diligenter inspecto in strumento obligationis in forma cameræ superius designato, dictum debitum mille quinquaginta ducat.auri de camera prefato D. N. principali & socijs mercatoribus Roma. curiam sequentibus,prout ex forma dicti instrumenti melius & efficacius poterat sponte palam & publice confessus fuit & confitebatur, ac dictum D. N. principalem debitorem iurisditioni compulsioni & cohertioni dicte curiæ causarum cameræ Apostolicæ & eius auditoris prætati suppositi & submisit. Quo facto dictus D.N mercator principalis ibidem adhuc præsens & principaliter pro seipso, citra tamē quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem iudicialiter comparens prenominatum D. N. debitorem in dicto debito mille quinquaginta ducat. auri de camera sic ut premittitur confessato condemnari, ipsumq; licèt absentem in personam tamen dicti sui procuratoris, ex eo quia de dicto debito satisfacere nō curauit in scriptis excommunicari,& ut talem publice denunciari mandari,literasq, desuper necessarias in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti N. principalis instantiam prefatum N. debitorem in dicto debito condemnauit,ipsumq; licèt absentem ob causam præmissam in scriptis excommunicauit,nisi intra tres dies proxime & immediate sequentes dicto N. creditori, aut eius legitimo procuratori integre & cum effectu satisfecerit &c.

Quo facto idē N.principalis obtinuit N. debitorem excommunicari nisi intra tres dies contra absentem.

Vel sic in contumaciam.

Relatione facta &c.

Principalis repetito instrumento in actis &c.rogato in cont.partis aduerię obtinuit cōfiteri debitum & aduersarium excommunicari nisi intra tres.

Comparuit in iudicio coram domino N.auditore D. N. principalis citra, &c. Et quodam obligationis in forma cameræ instrumentum in actis mei presentis causæ notarij sub anno à natiuitate domini M. D. XXXVI. die quarta mensis N. inter eundem D.N. principalem creditorem & D. B. debitorem rogatum. In quo quidem instrumento idem D. B. debitor dicto domino N. mercatori creditori in summa trium mille ducatorum auri in auro de camera ratione pretij diuersarum possessionum, rerum, & bonorum pro residuo maioris summæ tenetur & obligatur facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris repetijt atque produxit. Et nihilominus partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque dictum debitum trium mille ducatorum in quibus dictus B. ex aduerso principalis debitor in eodem instrumento nominatus,prefato D.N mercatori principali etiam in dicto obligationis instrumento principaliter nominato occasione & ex causa prædicta & aliàs, prout in dicto obligationis instrumento deducitur obligatus existit, per prouidum uirum magistrum Ioannem Iacobum Buccam clericum Asten. diœce dictę curię causarum camerę Apostolicæ notarium alterum ex procuratoribus per præfatum D.B debitorem inter alios in dicto obligationis instrumento descriptos constitutum procuratorem,ibidem coram prefato R.P.D.auditore ut supra ad iura reddendum &c. pro tribunali sedente presentem & astantem confiteri, eundemq; B. debitorem ob dictam prænarratam causam iurisditioni compulsioni cohertioni, ac mero examini dictæ cu. cameræ Apostolicæ submitti mandari ac ipsum ob dictę summę trium mille ducatorum &c. non solutionem pro residuo pretij possessionum prout in dicto instrumento deducitur in scriptis excommunicari, excomunicatumq; & ut talem publice denunciari mandari, & literas desuper necessarias & opportunas in forma

solita

solita & consueta decerni & concedi uidere seu audire, neque aliquam rationabilem &c. contumacem reputari. Et in eius contumaciam dictum debitum trium mille ducatorum ut præmittitur per præfatum debitorem ex aduerso principalem in prefato obligationis instrumento ut supra repetito nominatum causa & occasione prædicta &c.eidem D.N creditori pro ut in eodem instrumento deducitur per præfatum magistrum Ioan. Iacobum notarium dictæ curiæ unum ex procuratoribus per dictum D. B. debitorem inter alios in eodem instrumento præpetito descriptos constitutum procuratorem ut præmittitur presentem &c. confiteri, ipsumq; B.debitorem ex aduerso principalem ob dictam causam iurisditioni compulsioni ac mero examini dictę curię causarum cameræ Apostolicæ submitti mandari, ac eundem B. debitorem ob dictæ summę trium mille ducatorum non solution. in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & ut talem publicè denunciari & publicari mandari ac literas desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi per D.audito.&c.postulauit.Memoratus tunc dominus auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad domini N.creditoris principalis instantiā præfatum debitum trium mille ducatorum &c. pro residuo maioris summæ occasione pretij possessionis & terrarum prout in dicto instrumento deducitur debetur per prefatum magistrum Ioan.Iacobum Buccam notariū dictę curię dictiq; domini B. debitoris procuratorem ut supra in dicto obligationis instrumento inter alios constitutum. Ibidem præsentem &c.confiteri eundemq; D. B. ex aduerso principalem debitorem ob prænarratam causam iurisditioni compulsioni ac mero examini dictæ curiæ &c. submitti uoluit iussitq; pariter atque mandauit ut moris est. Qui quidem magister. Ioan. Iacobus Buc. notarius & procurator sicut præmittitur coram præfato D.auditore Romæ ibidem ut supra loco & hora præallegatis ad iura reddendum &c. sedente,præsens & quo supra nomine procuratorio iudicialiter comparens statim & incontinenti uiso primitus per eum ac diligenter inspecto instrumento obligation. in forma cameræ de summa ducat. trium mille &c. ut præmittitur repetito & designato dictum debitum trium mille ducatorum præfato D. N. principali creditori prout ex forma dicti instrumenti melius & efficacius poterat sponte palam & publice confessus fuit, & confitebatur, ac dictum D.B. debitorem iurisditioni compulsioni & cohertioni dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ & eius auditoris prefati supposuit & submisit. Qujbus quidem confessione & submissione iudicialibus sic ut premittitur per dictum procuratorem factis & per eundem D. auditorem uisis & auditis ad dicti domini N. creditoris adhuc præsentis & iudicialiter comparentis instantiam, eundem D. B. debitorem licèt absentem in personam tamen dicti magistri Ioan.Iacobi Buccę notarij & procuratoris in debito ut supra confessato condemnandum duxit & condemnauit, ac eundem ex quo de antedicto debito satisfacere nondum curauit in scriptis excommunicandum duxit & excommunicauit, & ut talem publice denunciandum & publicandum fore & esse decreuit. nisi intra tres dies proxime & immediate sequentes dicto domino N. principali creditori in dicto instrumento obligationis principaliter nominato, aut eius legitimo procuratori ad hoc sufficiens mandatum habenti de dicta summa trium mille ducatorum &c. predictorum realiter & cum effectu ac integre satisfecerit. Super quibus omnibus &c. Presentibus ibidem discretis uiris magistris N. & N. dictæ curiæ causarum cameræ apostolicæ notarij clericis N. & N. respectiue diœce. testibus ad præmissa uocatis specialiter atque rogatis.

Tenor

Tenor vero instrumenti obligationis vnde supra fit mentio sequitur, & est talis. For. Instru. 65. col 2.

In nomine Domini amen &c.

DECRETVM CITATIONIS CVM INHIBITIONE ad partes ad instan. principalis vigore commissionis.

Principalis citra &c petit & obtinuit decerni citationē cum in hibitione īserta ad partes sub termino xl. dierum iuxta formā commissionis pręsētibus &c.

COmparuit &c. vel constitutus &c. honorabilis vir. D. N. principalis in præinserta ipsi domino auditori facta & præsentata commissione principaliter nominatus, principaliter pro seipso citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem. Et sibi citationem legitimam vnà cum inhibitione inserta extra Roma.cu.& ad partes contra & aduersus quendam. N. ex aduerso principalem in eadem ipsi domino Auditori facta & præsentata commissione exaduerso principaliter nominatū & discriptum. Omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes & inexecutione citationis decernendę huiusmodi simul vel successiuè nominandos iuxta & secundùm eiusdem ipsi D. Auditori factæ & præsentatę commissionis vim, formam, cōtinentiam, & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Quam quidem citationem cum inhibitione inserta proximè præpetitam D. Auditor memoratus dicto D. N. principali instanti & petenti extra Roma cu. & ad partes sub termino xl. vel xx. dierum postquam citatio legitimè executa fuerit ad comparendum coram eo in forma solita & consueta decreuit atque concesit. Eamq; prout petita extitit & decreta per me prędictum exinde fieri & subscribi, suiq; sigilli appensione communiri voluit iusitq; pariter & mādauit, prout & quemadmodum in quodam citationis vnà cum inhibitione inserta publico instrumento per me præsentis causę notarium atque scribam præfatum exinde in notam recepto & inferius apud acta causę huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Prędictis ibidem discretis viris magistris N. & N. notarijs publicis, dictiq; domini Auditoris & corā eo scribis clericis N. & N. diœc. testibus ad prędicta vocatis specialiter & rogatis. Nota hic ꝙ notarij rotę, quando quis petit sibi decerni citationē cum inhibitione ad partes, non dant dictam citationem, neque illius decretum notant nisi comparente principale aut famoso procuratore in Roma.cu.& quod dictus procurator se obliget, quod ipse docebit de legitimo mandato siue ratificatione prędictis actus.

Litterę citatorię per dominū decretę.

Tenor vero citationis cum inhibitione inserta publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur, & est talis.

Petrus Paulus Parisius. For. Instr. 19 col. 3.

Si ad instantiam procuratoris asserti decernatur.

N. procur. assertus dñi N. principalis promittens derato & obligando se sub pęna ducēt. duc. in forma obtinuit decerni citationem cū inhibitione inserta ad

ROmæ in domo habitationis domini Auditoris præfati & coram eo in mei prædictis causæ notarij atque scribæ prędicti, testiumque infra scriptorum ad hęc specialiter vocatorum & rogatorum prędictis & personaliter constitutus prouidus vir magister. N in Roma. curia causarum & honorabilis viri domini N. principalis in supradicta ipsi domini Auditori facta & prędictata commissione principaliter nominati procurator assertus. Volensque de huiusmodi suę procuration. mandato legitimā fidem & idoneam ac sufficientem facere cautionem, quòd constabit de suę procuration. mandato huiusmodi ad hanc causam sufficienti, seu saltem quòd omnia & singula acta facta dicta gesta, & per eum in huiusmodi causa procurata per prefatum dominum N. principalem suū ratificabuntur & approbabuntur sub pœna cc. ducat auri de camera pro vna eidem cameræ Apostolicæ, & alia medietatibus parti citandæ applicā dorum & persoluendorum promisit. Pro qua quidem pœna soluenda, si eam committi contingat, idem magister N. procurator omnia & singula bona sua mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbicunque existentia hipothecauit, & efficaciter obligauit. Et nihilominus sibi nomine quo supra procuratorio, partiq; suę prędictæ citationē legitimam vnà cum inhibitione inserta contra & aduersus honorabilē virum dominum N. ex aduerso principalem in eadem ipsi D. Auditori facta & prędictata commissio. ex aduerso principaliter nominatum & descriptum. Omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes, & in executione citation. decernendę huiusmodi simul vel sucessiuè nominandos, iuxta & secundùm prędictarum ipsi D. Auditori supertus, vt prędictitur factæ & præsentatę commissionis vim, formam, continentiam, & tenorem extra Roma cu.& ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi per D. Auditorem præfatum, debita cum instantia postulauit. Quā quidem citationem vnà cum inhibit. præpetitam D. Auditor memoratus dicto magistro N procuratori asserto instanti & petenti, partiq; suæ memoratę, recepta primitus ab eodem obligatione prędicta in forma solita & consueta extra Roma.cu. sub termino lx. dierum post legitimam citationis executionem ad comparendum, coram eo, decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concesit. Eamq; prout petita &c. vtsup.

partes sub termino lx. die iuxta formā commissionis Præsentibus &c.

Aliquando sic, si inhibetur sub censuris & pecuniarijs pœnis.

Si est sub censuris, &c.

Et sibi citationem legitimam vnà cum inhibitione sub sententijs, & censuris ecclesiasticis ac pecunarijs pœnis inserta vtsup Quam quidem citationem cum inhibitione inserta sub censuris & pœnis huiusmodi proximè prę petitam D. Auditor memoratus vt su.

Quando iuramentum perhorrescentię precedit decretum.

Principalis citra admissus tract. &c. iurauit de perhorrescentia in forma, prędictis &c.

CONstitutus &c. vel comparuit &c. honorabilis vir dominus N. principalis vt su. & se ad iurandum de perhorrescentia iuxta & secundū præ narratę ipsi domino Auditori, vel Episcopo locumtenen factę & prędictatę commissionis. vim, formam, & tenorem admitti per dominum Auditorem, vel episcopum locumtenen prędictum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor vel Episcopus locumten. eundem dominum N. principalem vt prędictur instantem & petentem ad iurandum perhorrescentiæ solitum & consuetum iuramentum admittendum duxit & admisit. Qui dum sic admissus fuerat, statim & in continenti ad iuramentum ipsius domini Auditoris, vel Episcopi locumtenen. & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosantis ad sancta Dei Euangelia iurauit, & dixit. quòd ipse dominus N. principalis non spe rat posse consequi in huiusmodi causa, propter aduersarij potentiam, aut immoderatos fauores in partibus iustitię complementum, præsentibus &c. Et nota ꝙ quando Actori, vel Reo iudices, vel loca vbi causa ventilari debet sunt suspecti, etiam ibi litigare non audent, ꝙ ille qui allegat suspicionem, & perhorrescentiam ob potentiam aduersarij, siue iudicis loci, potest eius verbo, & assertione, etiam sine iuramento & hac perhorrenscentia nō expressa in Rescripto, sed solummodo illa per verba ęquipolentia allegat, & inducit suspicionem & perhorrescentiam, liberatur ab illo iudicio absq; perlatione verborum. c. statutum § cum no de Reser in vj & ibi Gem. nu. 7 Feder. de sen. conf. 150. Responde pater. & l. vnica C. quando Impe. inter pupil. & vid. & quęcunque verba ponantur in Rescripto super perhorrescentiam,

reſcentiam,quod tam aperte non exprimatur quò ad ſuſpicionem allegatam. Federicus de ſen.d conſ.150.latiſsimè tractat.

Quando citatio decernitur per edictum.

Conſtitutus in domo dñi corã eo.N.principalis volẽs docere de non tuto acceſſu &c.produxit N. teſtes ifra nominat.q admiſſi iurauerũt in forma tact.

COnſtitutus Romæ in domo . D. Auditoris vt ſu.Venerabilis vir. D. N. principalis in ſupra dicta ipſi domino Auditori vel Epiſcopo locumtenen ſurrogato facta & preſentata commiſsio principaliter nominatus, principaliter pro ſeipſo citra euocationem &c. volens docere legitimè quod ſibi ſeu alicui alteri eius nomine pro exequendis literis citatorijs & inhibitorijs contra & aduerſus quendam N. ex aduerſo principalem in eiſdem ipſi D. Auditori. Vel Epiſcopo locumten. ſurrogato, facta & præſentata commiſsio. principaliter exaduerſo deſcriptum & deſignatum in eius propria perſona ſeu ad domicilium tutus non pateat acceſſus, duos teſtes videlicet N. & N. cleric.ſiue laic. N. & N. diœce. ibidem præſentes & aſtantes, vt tanquam teſtes ad iurandum de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati,de & ſuper non tuto acceſſu antedict. exhibuit atque produxit.Quos ad hoc admitti eorumq; ſolita iuramenta recipi nec non interrogari & examinari per dominum Auditorem , ſiue Epiſcopum locumtenen.ſurrogatum &c.poſtulauit.Memoratus tunc dominus Auditor ſiue Epiſcopus locumtenen. ſurrogatus ad ipſius domini N. principalis inſtantiam dictos teſtes ibidem preſentes & aſtantes,vt & tanquam teſtes ibidem preſentes & aſtan. vt tanquam teſtes ad iurandum de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati,duxit more ſolito admittendum atque admiſit . Quj quidem teſtes dum ſic admiſsi fuerant , ſtatim & in continenti ad mandatum ipſius D. Anditoris ſiue Epiſcopi locumten. ſurrogati tactis per eos & eorum quẽlibet &c.vt infra circa literã A in margine Nota hic q tres modi citandi ſunt in Ro .cu.ſ.ſecundũ emergentiã cauſæ, & caſus.ſ.per curſores,& iſtud eſt notoriũ,licèt quãdo eſt exequẽda aliqua citatio , aut executoriales,& ſimilia in ciuitatibus,& locis vbi eſt prohibitũ exequi,ſiue denunciari ſimilia in Roma. cur. decreta , tunc citans , ſiue citari faciens mittit ad illam exequendam vnum ex Collegio curſorum Papæ qui ſunt perſonæ publicę & notæ , & autenticæ , ac iuratæ , & quibus maior fides adhibetur quàm alijs nuncijs.Rot. in nou. de dol. & cõt. Dec. 8.aliàs 224.ſi committatur . Alius eſt modus citandi .ſ. per edictum in locis publicis & conuicinis, & hoc quando eſt citandus in partibus puta in ciuitate Acquilæ, quia non eſſet poſsibile q notarij , aut nuncij dictæ ciuitatis propter prohibitiones factas per viceregem dictam citationem exequerẽtur:& actor qui indiget citari Reum vigore ſpecialis commiſsionis narrando dictam perhorreſcentiam , & locum pro exequenda citatione non tutũ quærit per ſignaturam Iuſtitiæ cauſam committi in Roma.cu. alicui iudici,narrando in commiſsione, quòd Aduerſarius habitat continue in dicta ciuitate ad quam non datur tutus acceſſus , q dictus iudex conſtito ſibi de non tuto acceſſu ipſum aduerſarium per edictum in curia , & in audientia contradictarum ad Valuas Cancellariæ , & baſilicæ ſancti Petri , & in Acie campi floris,& in locis circũuicinis,& cõfinibus citari mandet:Tunc actor ſummariè Teſtes duos examinari petit , & facit ſuper non tuto acceſſu ad ciuitatem prędictam:ita quod his viſis , & auditis per iudicem cauſæ decernit citationem cum inhibitione in carta pergamena , & ſigillo dicti iudicis inibi appenſo,mandando omnibus in forma q dictas literas exequantur contra Titium ſi copiam illius haberi potuerit , ſin autem illum in confinibus Dominij, & in locis circunuicinis Aquilæ quantum poſsit,& ante hoc dicta citatio.ſ.eius originale,& non copia affigitur,& legitur vtſupra in audientia contradictarum in banco curſorum in valuis Baſilicæ ſancti Petri

A

ſemper

ſemper affigendo originalem citationem non autem copiam tã in Ro. cu. quàm in partibus illam inibi dimittendo per aliquas horas : & iſtum modum executionis ponit Rot.in nou de Dol. & contu.dec.8. aliàs 224. ſi cõmittantur : & eſt neceſſe in huiuſmodi decretis , & executione edicti accuratè procedere, quia citationes per edictum ſunt exorbitantes. not. Rot. in nou.de Fer.dec 3.aliàs 367. ſi committitur cau. nume. 2. & citatio prędicta per edictum debet exequi in pluribus, ſaltem in duobus locis. Rot. in nou. de Reſc.dec. 5.alias 79. Si committitur. Supereſt alius & tertius modus citandi.ſ.per contradictas quo modo vtimur in tribus caſibus.ſ.quãdo Reus, vel alius citatur in partibus uigore citationis in Roman.cu. decretę & non comparet, tunc reproducta citatione executa & recognita per duos teſtes iuratos qui cognoſcant manum , & literam notarij,ſiue nuncij qui citationem intimauit in partibus , & elapſo termino in citatione contento, tunc in eius contumaciam decernitur , & proceditur per audientiam contradictarum.Rot.in nou.de Iud. Dec.5.aliàs 129. in abſentia : & poteſt procedi eo modo citato procuratore ſi receſsit vltra ſuburbia Roma. cu. & ualebit proceſſus. Rot. in nou. de iud. dec. 5. aliàs 129. in abſentia. Item quando principalis fuit citatus ſaltem ſemel & recedat à Roma.cu. procuratore nõ conſtituto,examinatis duobus teſtibus ſuper receſſu ſuo in eius contumaciam decernitur contra eum proceſſus per contradictas , & ſic proceditur contra dictum citatum. Rot. in nou de ſenten. excom. dec 7. aliàs 399. ſi pronunciatur in fin. vbi additur , quòd contra dictum contumacem procedi poteſt ad excommunicationem,licèt Rot. in Anti de dol. & contum. Dec.3.aliàs 786. ſciendum eſt:videtur tenere contrarium . Item ſi procurator,aut principalis,qui ſe gerebat pro procuratore decedant pariter , examinentur duo teſtes ſummariè ſuper dicto obitu quo probato , vt ſupra. Item ſi procurator cuius principalis non eſt in curia , recederet à Roman. cur.procuratore aliquo non ſubſtituto , examinatis duobus teſtibus ſummariè ſuper receſſu procuratoris proceditur contra principalem vt ſupra: & quando citatur per contradictas in caſibus prædictis in quibus pars citatur ſub verbis ſolitis quando per curſorem quis citatur , ſed per cõtradictas formatur citatio ſuper carta Pergamena oblonga uno palmo cum dimidio,& lata menſura trium digitorum , & talis citatio legitur in auditorio cõtradictarũ nuncupato alta voce à quodam ad hoc deputato,& poſtquã lecta eſt, ſubſcribitur per lectorẽ appoſito ſuo nomine,& cognomine,& dicta citatio ſigillata à tergo in uno ex capitibus dictæ citationis in cera rubea deſcoperta , & ſigillo dicti officij. Quod officium habet vnum Auditorem I.V.D. qui quando præmiſſa fiunt ſedit in dicto officio in Cathedra pro Tribunali: & dicuntur contradictæ ille citationes per antiphraſim,& contrariam ſignificationem , cùm dictis citationibus nullus contradicat & ſi aliqua diſſẽnſio ſurgeret , dominus Auditor illam terminat & proceſſus cauſarum qui fiunt per contradictas vt ſupta Auditores ſacri Palatij vocant proceſſum per audientiam plurimum non appoſito verbum contradictarum. Rot in nou. de Feri. Dec. 3. aliàs 367. ſi committantur nu. ij. verſi. præterea ratio, & Dec. 8. aliàs 93. de Teſti. Iudex amittendo in fine in nouis.

Tenor vero citation.cum inhibitio. inſerta inſtrumenti publici per edictum publicum &c.

A

Literæ citation. cum ihibitione inſerta per dominum decre.

VNiuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus.Et præſertim N. nationis. Petrus Paulus Pariſius.&c.For.Inſtr.20.col.4.

CVrſor retulit &c. Mihi præſentis cauſę Notario atque ſcribę prædicto ſe de ipſius D. Auditoris mandato ſibi ſuper hoc vt aſſerit legitime

HAVRÓ FIDELIORA

Cursor retulit se citasse N. & N. testi. ad iurandū &c. super non tuto accessu instā. domino N. principali.

mè facto, & ad honorabilis viri domini N. principalis in prescripta ipsi domino Auditori facta & presentata commissione principaliter nominati instan. heri hodie statim peremptoriè citasse duos testes, videlicet honorabiles viros dominos N. & N. vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super tutto accessu ad quendam dominum N. ex aduerso principalem descriptum & dessigna tum siue ad parrochialem ecclesiam N & N. diœce. de qua in eadem ipsi domino Auditori facta & presentata commissio. fit mentio pro citatione legitima in huiusmodi causa ad partes decernenda & exequēda ad statim &c. Vel ad primam.

Relatio facta cō paruit in eodem iudicio dñs N. principalis citra &c. & produxit testes prędictos qui cōpulsi tact. scriptu. &c. iurarunt.

Cuius quidem cursoris relatione sic vt premittitur facta comparuit in eodem iudicio coram domino Auditore prefato ibidem adhuc prout vbi supra, loco & hora preallegatis ad iura reddendum, & causas audiendum pro tribunali sedent. dominus N. principalis supradictus principaliter pro seipso citra &c reuocationem Et supradictos testes sic vt præmittitur citatos ibidem presentes & iudicialitér comparentes, vt & tanquam testes ad-iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super non tuto accessu ad dictum dominum N ex aduerso principalem ac parrochialem ecclesiam N. prefatam exhibuit atque produxit. Quos admitti eorumq; solita iuramenta recipi. nec non desuper more solito examinari & interrogari per dominum &c postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad ipsius domini N. principalis instan supradictos duos testes superius vt præmittitur citatos, & productos ibidem adhuc presentes & iudicialiter comparentes, vt tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super non tuto accessu predicto duxit more solito admittendos & admisit. Qui quidem testes dum sic per dominum Auditorem præfatum admissi fuerant, statim & in continenti ad mandatum ipsius domini Auditoris, & in eius manibus tactis per eos & eorum quemlibet ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia solenniter iurauerunt & dixerunt, & quilibet eorum iurauit & dixit se velle dicere & deponere puram, meram, claram, sinceram ac omnimodam, quam sciuerint & quilibet eorum sciuerit in huiusmodi causa veritatem, de & super omnibus & singulis super quibus ipsos & eorū quemlibet in huiusmodi causa examinari contigerit siue interrogari, prece, pretio, dolo, fraude, amore, fauore, ira, odio, rancore & qualibet alia sinistra machinatione in premissis postpositis penitus & semotis Subsequenter uerò dominus Auditor memoratus ad dicti domini N. principalis instantiam ulteriorem supradictos testes sic ut præmittitur citatos, productos, admissos, receptos, & iuratos, ibidem adhuc præsentes & iudicialiter comparētes, an persona dicti Domini N. ex aduerso principalis recognoscerent uel ne Et an id ipsum ac parrochialem ecclesiam N. præfatam pro literis suis imò uerius Apostolicis exequendis tutus pateat accessus uel ne, interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eisdem ut ad hanc suam interrogationem medijs eorum iuramentis superius ut præmittitur prestitis responderent, & quilibet eorum responderet.

Iuramentum testium.

Testes interrogati per dominum Auditorē super non tuto accessu deposuerunt, ut hic.

Qui quidem testes dum sic per dominum Auditorem interrogati fuerant, statim & in continenti ad ipsius domini Auditoris interrogationē, huiusmodi respondendo medijs dict. eorum iuramentis ut premittitur per eos prestitis dixerunt, & quilibet eorū successiuè dixit se personā dicti domini N. ex aduerso principalis bene cognoscere, quòdq; ad ipsius seu eius domicilium ac ecclesiam parrochialem prefatam, ad exequendum contra eum literas Apostolicas siue citatorias propter ipsius domini N. ex aduerso principalis, & suorum parentum & amicorum potentiam.

Vel sic.

Propter guerras pro nunc, proh dolor in illis partibus vigentes tutum non patere accessum. Addentes nihilominus ipsi testes quod in huiusmodi causa contra ipsum N. ex aduerso principalem præmissorum occasion. aliquam non auderem in ipsius propriam personam, siue ad eius domicilium, nec aliquis eorum auderet facere executionem, quia scirent quod exequentes literas huiusmodi aut executioni demandantes, in eorum corporibus periclitarentur. Quibus quidem testibus sic vt præmittitur &c. vt infra.

Vel sic.

Principalis vel procurator volēs docere de nō tuto accessu obtinuit compelli duos testes qui cōpulsi tac. scripturis &c. iurarunt in forma. Nomina testiū.

Volens docere legitimè quòd sibi, seu alicui alteri pro exequendis literis citatorijs contra & aduersus dominum N. ex aduerso principalem in eadem ipsi domino Auditori facta & præsentata commissione principaliter & ex aduerso descriptum & designatum, siue suos in hac parte complices, & sibi adhærentes in eorum proprijs personis, seu ad eorum domicilia tutus non pateat accessus, duos testes videlicet N. & N ibidem præsentes & astantes, vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super non tuto accessu antedicto, exhibuit atque produxit. Quos ad hoc sub excommunicationis pœna cogi atque compelli, eorumq; solita iuramenta recipi, necnon interrogari & examinari per dominum Auditerem &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad ipsius domini N. principalis instantiam, prefatos duos testes ibidem vt premittitur præsentes & astantes, vt & tanquam testes ad-iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super non tuto accessu huiusmodi duxit more solito sub dicta excommunicationis pœna cogendum & compellendum, compulitq; pariter, & coegit

Testes interogati super non tuto accessu deposuerūt, vt hic.

Qui quidem testes dum sic admissi fuerant statim, & in continenti ad mādatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eos, & eorum quemlibet corporaliter scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia iurauerunt & dixerunt, & quilibet eorum iurauit & dixit se velle dicere & deponere puram, meram, claram, sinceram, & omnimodam quam sciuerint, ac quilibet eorum sciuerit in huiusmodi causa veritatem, de & super omnibus & singulis super quibus eos examinari contigerit seu interrogari prece, precio, dolo, fraude, amore, fauore, ira, odio, rancore, ac qualibet alia sinistra machinatione in præmissis postpositis penitus & remotis.

Subsequenter verò dominus Auditor memoratus ad dicti D N principalis instan. vlteriorem, supradictos testes ibidem adhuc vt præmittitur præsentes & astantes, ac productos & iuratos, an ad dictum D. & N. ex aduerso principalem, siue ad hospitium habitationis suæ, ac dictam parrochialem ecclesiam pro literis suis citatorijs imò verius Apostolicis in eius persona exequendis, tutus pateat accessus vel ne, interrogandum duxit & interrogauit, volensq; atque mandans eisdem vt ad hanc suam interrogationem medijs eorum superius vt permittitur præstitis iuramentis responderent, & quilibet eorum responderet. Qui quidem testes, dum sic per D. Aud prefatum interrogati fuerant, statim & in continenti ad ipsius D. Auditoris interrogationem huiusmodi respondendo medijs eorum dict. iuramentis vt premittitur per eos præstitis successiuè dixerunt, & quilibet eorum dixit ad ipsum D. N. ex aduerso principalem seu eius domicilium aut ecclesiam parochialem præfatam ad exequendum contra ipsum literas citatorias huiusmodi, propter ipsius D. N. ex aduerso principalis ac suorum parentum & amicorum potentiam tutum non patere accessum-

Hic aduerte bene circa dicta testium.

Addentes nihilominus ipsi testes q̄ in huiusmodi causa eundem D. N. ex aduerso principalem præmissorum occasi. in eius propria persona aliquam non auderent, nec aliquis eorum auderet facere executionem, quia sciunt q̄ exequentes huiusmodi literas citatorias, contra eum in illis partibus in eorum corporibus periclitarentur. Quibus quidem testibus sit ut præmittitur citatis, productis, admissis, receptis, iuratis, interrogatis, & examinatis, præfatus D. N. principalis ibidem adhuc præsens & principaliter pro se ipso citra &c. reuocationem comparens, sibi citationem legitimam vnà cū inhibitione inserta per edictum publicum contra & aduersus præfatum. D. N. ex aduerso principalem, omnesq; alios, & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. & in executio huiusmodi citationis nominand. iuxta & secundùm vim, formam, continentiam, & tenorem commissio. præ-

Quo facto idē D. N. principalis obtinuit sibi decerni citatio. cū inhibitio. inserta per edictum publicum in forma presentibus &c.

narratæ in Roma. cu. extra eam, & in partibus ac in locis publicis & vicinis affigendum, exequendum, publicandum, & notificandum, in forma solita & consueta decerni & cōcedi per D. &c. postulauit. Quam quidem citationem vnà cum inhibitione inserta proximè præpetitam. D. Aud memoratus per edictum publicum prænarratum, Romæ in audientia publica literarum contradictarum D. nostri Papæ vt moris est legendum, publicandum, necnon in basilica principis apostolorum de vrbe & audientiæ cau-

Terminus com par.

sarum palatij Apostolici, vel acie campi flore, necnon extra dictam curiā, & in partibus in N. & N. dictis parrochialis N. ecclesiarum valuis seu portis tanquam in locis circunuicinis & conuenientibus affigendum, exequendum, & publicandum dicto D. N. principali instanti & petenti sub termino N. dierum decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit & decreta per me presentis causæ notarium atque scribam prædictum, exinde fieri, subscribi, & publicari, sigilliq; sui appensione communiri voluit, iussitq; pariter & mandauit, prout & quemadmodum in quodam, citationis vnà cum inhibitione inserta per edictum publicum huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N. & N. notarijs publicis, dictiq; D. Audit. & coram eo scribis clericis N. & N. diœce. testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Vel sic, si est in vacantijs. Romæ in acie Campi flore ac valuis seu portis cancellariæ Apostolicę ad instar edictorum publicorum quę olim in albo prætorio scribebantur, cum propter vacatio. generales iam indictas citatio huiusmodi in audien. literarum contradictarum D. nostri Papę legi non possit. Necnon extra dictam curiam &c. vt supra.

Testes.

Citatio per edictum per dominum ad parcea decreta.

Tenor vero citatio. vnà cum inhibitione inserta publici instrumenti per edictum publicum vnde supra fit mentio &c.

Vniuersis & singulis Christi fidelibus. &c. For. Instru. 20. col. 4.

DE COMPVLSORIALIBVS GENERALIBVS.

Principalis vel procurator obtinuit sibi decerni literas compulsoriales generales ad partes in forma præsentibus &c.

ET sibi partiq; sue literas compulsorias generales extra Roma. cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni, & concedi per dominū Auditorem prefatum vel Episcopum locumtenen. surrogatum debita cum instantia postulauit. Quas quidem literas compulsoriales generales proximè præpetitas D. Audit. vel Episcopus locumtenens memoratus dicto magistro N. procuratori instanti & petenti, partiq; sue in forma solita & consueta decreuit, atque concessit. Easq; prout petitæ extiterant & decretę per me præsentis causę notarium & scribam exinde fieri, subscribi, & publicari

publicari, suiq; sigilli appensione communiri voluit, iussitq; pariter & mandauit. Prout quemadmodum in quodam literarum compulsorialium generalium huiusmodi instrumento publico, per me præsentis causæ notariuma atque scribam prędictum exinde in notam recepto, & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N. & N. notarijs publicis, dictiq; domini Auditoris & coram eo scribis, clericis N. & N. diœce. testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Testes.

Tenor vero literarum compulsorialium generalium publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur, & est talis.

Petrus Paulus Parisius. &c. For. Instru. 49. col. 3. vsque ad 54.

Literę cōpulsoriales generales per dnm ad partes decretę instā. N. tali prin.

Et partis in huiusmodi causa aduersę non comparentis neque aliquas literas compulsorias generales in huiusmodi causa extra Ro. cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi videre seu audire, nec aliquam causam rationabilem, quare hoc fieri non debeat allegare curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cō tumaciam sibiq;, partiq; suæ præfactæ literas compulsorias generales extra dictam Roma. cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi per D. Audito. præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc D. Auditor dictam partem aduersam non comparentem, neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curan. licèt tamen sufficienter & vsque ad horam debitam expectatam, reputauit meritò, prout erat quò ad actum & terminum huiusmodi id exigente iustitia contumacem. Et in eius contumaciam præfatas literas compulsorias generales proximè præpetitas dictō. M. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ antedictæ in forma solita & consueta decreuit atque concessit. Easq; prout petitæ extiterant & decretæ per me præsentis causæ notarium atque scribam exinde fieri, subscribi & publicari, suiq; sigilli appensione cōmuniri voluit, iussitq; pariter & mandauit, prout & quemadmodum &c. vt supra.

Principalis vel procuta. obtinuit decerni literas cōpulsorias generales &c.

Et supradicto magistro N. ex aduerso procuratore presente audiente, & vt apparuit intelligente sibi, partiq; suæ prædictæ literas compulsorias generales extra Roma. cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Quas quidem literas cōpulsorias generales proximè præpetitas dominus Auditor memoratus dicto M. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ præfatę extra Roman. cu. & ad partes in forma solita & consueta decernendum duxit, & concedendum, decreuitq; pariter & concessit. Easq; prout petitę extiterant &c. vt supra.

Principalis vel procurator prę sente ex aduerso procurato. obtinuit decerni literas cōpulsorias generales &c.

¶ Cōpulsorialium duas species habemus vt hic in Textu formularij continetur. s. Compulsoriam generalem, & Compulsoriam specialem, quarū generalis data comprehendit extractionem omnium & quorumcunque iurium, & scripturarum ad causam facientium in genere, quæ facillius conceditur, quia non impedit processum partibus volentibus quin iudex non possit prosequi, & debet in partibus recurrere ad ordinarium pro Decreto extrahendi. Rot. in nou. de fid. Instru. Dec. j. aliàs x. fuit in fin. Vbi latè dicit de executione compulsorię, siue recurritur ad personam in dignitate Ecclesiastica constitutam, qui iudex parte citata si in loco iudicis adest principalis, siue eius procurator: quia in relaxatione dictæ compulsorialis citatur aduersarius ad substituen. procuratorem aliàs quòd procedetur ipso citato ad valuas maioris Ecclesię illius loci, & ista generalis compulsoria aliquando decernitur per iudicem parte non citata. Rot. in Anti. de probat. Dec. 42. aliàs. 45. Nota quod compulsoria, & eadem in antiq. de fid. Instru. Dec. 4. aliàs 339. nota instrumenta extracta. Specialis autem compul

soria requirit citationem, potest tamen iudex concedere parte non vocata vigore Bullæ Inno.viij. nec Rota illam facilè concedit, quia in illa specificantur iura specialiter, quæ iura transumptare in partibus quærit, & retardat processum. Debētq; huiusmodi cōpulsorię committi qualificato: quia iudex est, tanquam iudex Remissorię, nam citat, Testes defert iuramētum super recognitione, compellit, excōmunicat, & facit Actus Iuridicos. Rot. in nou. de Rescri. Dec. 30. aliàs 370. ex hoc ibi in additione vbi ponitur forma procedēdi in executione huiusmodi compulsorię, & compulsor est merus executor mandati per Dominos de Rota prout apparet ex compulsoriæ forma, tamen quia Auditores Rotæ non possunt dictis compulsoribus dare potestatem extra cu. Roma, quia compulsores debent duntaxat requirere habentes, & tenentes instrumenta ad causam necessaria ad tradendum parti petenti sub pœnis, & censuris per dictos Auditores latis Rot. in nou de fid. instru. Dec. j. aliàs x fuit dubitatum &c.

De compulsorialibus specialibus.

Cōparuit ī iudicio N. procurator in cōtumaciam partis aduersæ obtinuit decerni literas cōpulsoriales speciales iudices per quos & locū ī quo & terminoīfra quē depurari in forma super quibus pręsentibus &c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersę non comparentis, neque aliquas literas compulsoriales speciales in huiusmodi causa ext. Roma cur. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi, videre seu audire, nec aliquam causam rationabilem &c, vt sup. reputari. Et in eius contumaciam sibi, partiq; suę præfatæ literas compulsoriales extra dictam cur. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi. Necnon venerabiles viros N. & N ecclę N. & N canonic. iudices, & compulsores, coram quibus ac ecclesiam N. & N. diœce. tanquam locum in quo certum peremptorium terminum infra quem iura, & munimenta, acta, actitata, & instrumenta in vim eorundem literarum compulsorialium, specialium in partibus extrahi debeant & transmitti, deputari, & assignari per dominum &c. postulauit &c. Memoratus &c contumacem. Et in eius cont. literas cōpulsorias speciales proximè prępetitas &c. iussitq; pariter & mandauit: Nec non præfatos N. & N. iudices & compulsoriales coram quibus ac eandem ecclesiam in N. tanquam locum in quo, & quatuor menses proximè & immediatè sequentes à die decreti infrascriptarum literarum compulsoriarum specialium computando, nec non singulos die lunæ, mercurij, veneris dictarum mensium hor. consuet. tanquam terminum competen. infra quem iura, & munimenta vt prefertur in vim compulsorialium specialiū prędictorum in partibus extrahi debeant, & transumi deputauit, statuit, & assignauit prout & quemadmodum &c. Aliquando additur citra tamē retardationem expeditionis causę huiusmodi deputandum duxit &c.

Tenor verò literarum compulsorialium specialium vnde su. fit mentio sequitur, & est talis.

Petrus Paulus Parisius. &c For Instr. 50 col. 3.

DE LITISPENDENTIA.

Procur. obtinuit decerni intimationem litispen. ad aliū auditorē

ET sibi, partiq; suæ intimationem litispend in huiusmodi causa ad R. P. D. N sacri palatij causarum Apposto. Auditorem, omnesq; alios & singulos eiusdem palatij Auditores, ac prefatum dominū N. ex aduerso principalem, omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. necnon literas intimatorias desuper necessarias & opportun. decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Quam quidem intimationem litispenden. proximè pręperitam necnon literas intimatorias desuper necessarias & opportun. dominus Auditor prefatus dicto magistro N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ decreuit atque concessit. Eamq; & eas

prout

prout petitę extiterant & decretæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi, suiq; sigilli impressione communiri, necnon per quemcunque domini nostri Papę cursorem, qui de super legitimè requisitus fuerit exequi voluit, iussitq; pariter & mandauit. prout & quemadmodum in quibusdam literis intimatorijs exinde per me præsentis causæ notarium atque scribam prędictum in notam recept & inferius apud acta causæ huiusmodi registrat. plenius continetur & habetur. Prędictis ibidem discretis &c.

Tenor vero literarum intimatorialium litispenden. vnde supra fit mentio sequitur, & est talis. Ioan. &c. For. Instru. 95. col. 4.

Procu. obtinuit decerni litispende. ad cameram apostolicam.

Et sibi partiq; suæ intimationem litispenden. huiusmodi ad Cameram apostolicam necnon literas intimatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni, & concedi per dominum auditorē præfatum debita cum instan. postulauit. Quam quidem intimationem litispen. proximè præpetitam dominus auditor memoratus dicto magistro N. pro curatori instanti & peten. partiq; suæ decreuit & concesit: eāq; prout petita extitit & decreta per me prędictis causę notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi, suiq; sigilli impressione communiri. Necnon per quemcunque domini nostri Papę cursorem, qui desuper legitimè requisitus fuerit intimari & exequi voluit, iussitq; pariter & mandauit prout & quemadmodum in quibusdam literis intimationum litispenden. huiusmodi per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam receptis & inferius apud acta causæ huiusmodi regiſtratis plenius continetur & habetur. Præsentibus &c. vt sup.

Procur. obtinuit decerni litispen. extra curiam.

Tenor vero literarum intimatorialium vide supra &c. Reuerendissimo &c. For. Instru. 95. col. 2.

Et sibi partiq; suę intimationem litispen. huiusmodi extra Roma. cu. & ad partes literasq; intimatorias desuper necessarias & opportun. decerni & concedi per dominum auditorem prędictum debita cum instantia postulauit. Quam quidem intimationem litispenden. proximè præpetitam dominus auditor memoratus dicto magistro N. procuratori instan. & petenti, partiq; suę decreuit atque concessit: causaq, prout petita extitit, & decreta per me præsentis causæ notarium atq; scribam prædictum exinde fieri subscribi & publicari, suiq; sigilli appensione communiri voluit, iussitq; pariter & mandauit, prout & quemadmodum in quodam litispenden. huiusmodi publico instrumento per me præsentis causę notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & inferius apud acta causę huiusmodi regiſtrato plenius continetur & habetur, &c.

Tenor vero literarum intimatio litispenden. de quibus supra fit mentio sequitur, & est talis.

Cursor prędicta uit intimationē litispenden.

Die &c. discretus vir. N. D. nostri Papæ cursor &c. Romæ &c. ex parte Reueren. in Christo patris & D. Cardi &c. quandam intimatio. litispenden. sibi in huiusmodi causa facta papiri cedulam sui sigilli impressione munitam D. auditori præfato facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque præsentauit. Intimans eidem prout, & quemadmodum in eadem intimatione litispendentiæ cedula. Cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur. Nota hic quòd intimatio litis pendentis de stilo curię fit quando causa pendet coràm vno iudice, puta ad instantiam actoris coràm Auditore cameræ, & Reus actorem molestat super eadē causa coràm gubernatore Vrbis, & tunc per fidem notarij in causa corā Auditore cameræ pendente, fides de pendentia litis coram Auditore inter prędictas partes, quæ fides p vnum ex cursoribus Gubernatori prędictatur,

& deinde notario qui dictam fidem executam reproducit, & aliquando dimittitur penes notarium Gubernatoris: Nam lite pendente nihil debet innouari, Ambros. de Vignate de vsur. §. j. quia nu. 129. & lis dicitur pendere, si causa fuit commissa, & citatio decreta licèt nõ executa. Clem. lj. vt lit. pende. Et cõtrarium videtur teneri Staphi. de grat. & expe. §. spoliatus nu. 13. vbi vult q̃ executa sit citatio, nihilominus subiũgit ibi quòd hoc nõ obstante practicatur in contrarium: nam iudici prẽsentata commissione iudex simul & semel citationem cum inhibitione decernit, ad quod faciunt notata per Bal. in authen. causa quæ fit cum monaco, & melius in l. præsbiter. C. de Episcopis, & Clericis. Et lis non dicitur pendere, si actor per triennium causam, & litem non fuit prosecutus, etiam defuncto Reo glo. in verb. prosequatur Clem. j. vt lit. penden. tamen Rot. contrarium seruat. Rot in nou. vt lit pend. Dec. x. alias 411. si lite pendente. quia lis nunquã finitur nisi per sententiam. d. Dec. x. & not. Alfon. super 27. Regula. Innocen. viij. col. 6. & 33. col 9. lis autem intimari non debet quando emptor molestatur super re empta, & venditor nullum ius habet, & constat emendi de bono iure veri domini: Imol in c. fin. col. pen nu. 4. de empti. & vendit. & litis pendentia dicitur ante terminum ad articulan. quò ad priuilegia lite pendente per actorem impetrata: Stafil. de grat. & expe. §. in primis nu. 16. versi. secundo dicitur: & potest lite pendente impetrare nouum ius, vt puta gratiam. Si neutri, aut nouam prouisionem dummõ in ea fiat mentio litis, & per hoc nõ dicitur attẽtare. Stafil. de grat. & expe. §. in primis nu. 50. vers. hodie impetro. & Reus qui lite pendente continuat possessionem non dicitur attẽtare, nec iudex dicitur innouare si reformat possessionem appellãti. Stafil. de grat. & expe. §. citatio personalis nu. 15. & 16. versi. Ideo si Reus, Et si lite pendente inter duos, qui prætẽdunt, & quilibet prætendit beneficium ad se spectare, Episcopus optare potest à quo velit caritatiuum subsidium, Bart. Bellen de carita. subsid. quæst. 34. trigesimoquarto quær. nume. 5. & lite pendente inter plures super hæreditate, quis debeat esse: est in optione creditorum agere volentium contra quem ex litigantibus super hæreditate volunt, siue sit possessor siue non. Barto. Bellen. de carita. subsid quæst. 34. trigesimoquarto: Nec lite pendente licitum est supplicare principem, & reseriptum, & similia puta priuilegia impetrare. Ioan. Ferrar. de appe c. 4. nõ tepide. nu. 178. & lite pendente licèt nihil sit innouandum, tamen si debitor suspectus factus est lite pendente potest ex illa noua causa superueniente capi. Marc. Bauer. de mora in tertia parte §. condescẽden do nu. 13 lis autem & litis pendentia inducitur per petitionem capturę, & per capturam Caccial. de debit. suspec. & fugit. quæst. 17. in princi litis pendentia etiam inducitur per sequestrationem bonorũ, sine captura personæ, tanquam suspectæ de fuga, quæ captura dicitur sequestratio personæ, Caccial. de debit. suspec. de fug. quæst. 17. nu. 3.

DE INHIBITIONE.

Procur. vel principalis ĩ cõt. par. aduersę obtinuit inhiberi in curia iuxta tenorẽ cõmissionis in forma.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparẽt. neq; in huiusmodi causa more solito inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportun. decerni, & concedi videre seu audire neque aliquam causam siquam habet rationabilem quare in huiusmodi causa inhiberi non debeat allegare curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam præfato D. N. sacri palatij apostolici causarũ auditori, ac alijs eiusdem palatij auditoribus, necnon prefato D. N. ex aduerso principali eiusque procuratori, omnibusq; alijs & singulis quorũ interest,

interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, in huiusmodi causa more solito inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias, & opportu. in forma solita & consueta decerni, & concedi per dominũ &c. postulauit. Memoratus tunc D. &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad supradicti M. N. procuratoris instantiam duxit in huiusmodi causa citra tamen præiudicium rei iudicatæ siqua sit more solito inhibendum, & inhibuit, literas inhibitorias desuper necessarias & opportun. in forma solita consueta decernendo & concedendo, easq; prout petitæ extiterant & decretæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi, suiq; sigilli impressione communiri voluit, iussitq; pariter & mandauit prout & quemadmodũ in quibusdam literis inhibitorijs per me præsentis causæ notarium atque scribam prædict. exinde in notam recept. & inferius apud acta causæ huiusmodi registratis plenius continetur & habetur. Prẽsentibus &c.

Hęc clausula nõ ponitur citra tamen præiudiciũ &c. nisi ponitur in commissi.

Tenor verò literarum inhibitorialium vnde supra fit mentio sequitur, & est talis. Reuerendo &c. For. Instr. 86. col. 3.

Petrus Paulus Parisius &c. vt in formulario instrumentorum.

Inhibitio in cu. decret. instã N.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis neque in huiusmodi causa more solito inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportun. extra Roma. cur. & ad partes decerni videre seu audire, neque aliquam causam rationabilem siquam habet quare præmissa fieri non debeant, allegare curantis, contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari, & in eius contumaciam in huiusmodi causa more solito inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportun. extra. Roma cur. & ad partes in forma solita & consueta decerni, & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus &c. cõtumacem & in eius contumaciam duxit in huiusmodi causa citra tamen præiudicium rei iudicatæ siqua sit more solito inhibendum, & inhibuit, literasque inhibitorias desuper necessarias & opportun extra Roma. cur. & ad partes decernendo & concedendo, easq; prout petitæ extiterant atque decretæ per me præsentis causæ notarium atq; scribam prædictum exinde fieri & subscribi, suiq; sigilli appensione communiri voluit, iussit pariter, & mandauit, prout, & quemadmodum in quodam literarum inhibitorialium huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam &c Tenor &c. For. Instru. 85. col. 4.

Principalis vel procu. in contumaciã partis aduersę obtinuit ĩhiberi extra curiam.

Et supra dicto M. N. ex aduerso procuratore ibidem præsente, audiente, & vt apparuit intelligente, Reuer. patri d. N. sacri palatij apostolici causarum auditori, ac alijs eiusdem palatij auditoribus nec non prefato D. N. ex aduerso principali, seu eius procura. omnibusq; alijs & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum in huiusmodi causa more solito inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias, & opportu. in forma solita & consueta decerni & concedi per D. &c. postulauit. Memoratus tunc D. Auditor ad dicti M. N. procurator. instan prefato M. N ex aduerso procuratore adhuc ibidem prẽsente, & vt apparuit intelligente, duxit in huiusmodi causa more solito inhibendum, & inhibuit, literasq; inhibitorias desuper necessa. &c. Et supra dicto M. N. ex aduerso procuratore prẽsente audiente, & vt apparuit intelligente in huiusmodi causa more solito inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias, & opportun. extra Roma cu. & ad partes in forma solita & consuera decerni, & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc domiuus Auditor ad dicti M. N. procuratoris instan. prætato M. N. ex aduerso procuratore prẽsente audiente, & vt apparuit intelligente, duxit in huiusmodi causa citra

Procur obtinuit inhiberi in cur. p̃ sente ex aduerso procuratore.

Procurator obtinuit inhiberi extra cur. prẽsente ex aduerso procuratore.

tra tamen prę̃iudicium rei iudicatæ ſiqua ſit more ſolito inhibendum, & inhibuit, literasq; inhibitor. deſuper neceſſarias & opportun. extra Roma. cur. & ad partes in forma ſolita & conſueta decernendo & concedendo. Easq; &c.

Tenor verò literarum inhibitorialium publici inſtrumenti vnde ſupra fit mentio ſequitur, & eſt talis.

Petrus Paulus Pariſius.

Vel ſic, quando eſt ſub cenſuris &c.

Procurat. in cõt. partis aduerſæ obtinuit inhiberi extra curiam ſub cẽſuris.

Et partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſę non comparentis neque in huiuſmodi cauſa extra Roma. cu. & ad partes etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis inhiberi, necnon literas inhibitorias deſuper neceſſ. & opportun. decerni uidere ſeu audire nec aliquam cauſam rationabilẽ ſiquam habet quare prę miſſa fieri non debeant allegare curantis, contumaciam accuſauit ipſamq; contumacem reputari, & in eius contumaciam in huiuſmodi cauſa extra Roma. cu & ad partes, & ſub excommunicationis alijsq; ſententijs, cenſuris & pœnis eccleſiaſti. iuxta prædictę ipſi domino auditori factæ & prę̃ſentatę commiſſio. vim, formam, continentiam & tenorem inhiberi, literasq; inhibitorias deſuper neceſſ. & opportun. decerni, & concedi per D. &c. poſtula uit Memoratus tunc D. audi &c contumacem & in eius contumaciam ad dicti M. N. procuratoris inſtan. in huiuſmodi cauſa extra Roma. cu. & ad partes ſub cenſuris eccleſiaſticis prędictis inhibendum duxit, & inhibuit, literasq; inhibitorias deſuper neceſſarias &c. vtſu.

Tenor vero literarum inhibitorialium ſub cenſuris publici inſtrumenti vnde ſupra fit mentio ſequitur, & eſt talis &c. For. Inſtr. 86. col. 4.

Procura. vel prĩcipalis obtinuit ĩhiberi extra Roma. cu. & ad partes ſub cenſuris ex aduerſo procuratore prę̃ſente.

Et ſupradicto M. & N. ex aduerſo procuratore prę̃ſente audiente, & ut apparuit intelligente, in huiuſmodi cauſa extra Ro. cu. & ad partes ſub excommunicationis, alijsq; cenſuris, & pœnis eccleſiaſti. iuxta prę̃fatę ipſi domino auditori factę & prę̃ſentatę commiſſio. vim, formam, continentiam & tenorem inhiberi, literasq; inhibitorias deſuper neceſſ. & opportu. in forma ſolita & conſueta decerni. & concedi per dominum &c poſtulauit. Memoratus tunc dominus auditor ad ipſius M. N. procuratoris inſtan. ſupradicto M N. ex aduerſo procuratore ibidem prę̃ſente audiente, & vt apparuit intelligente, in huiuſmodi cauſa extra Roma. cu. & ad partes ſub cenſuris eccleſiaſtic. prædictis inhibendum duxit, & inhibuit, literasq; inhibitorias

Curſor reportauit inhibitionẽ executam facto.

deſuper neceſſarias & opportun. decernẽdo & concedendo &c. vtſu. Conſtitutus &c. N Curſor &c. & quandam inhibitio. papiri cedulam ſigilli dicti domini auditoris munitam, aliàs ab ipſo domino auditore emanatam & nunc debitę excutioni mandatam repręſentauit. Et nihilominus &c. mihi præſentis cauſæ notario atque ſcribę &c. die mercurij proximè præterita inhibitionem huiuſmodi intimaſſe, & debitæ executioni demandaſſe in ſcriptis prout & quemadmodum in dicta inhibitio. papiri cedula, cuius tenor inferius eſt inſertus, plenius continetur & habetur. Deinde verò & ex aduerſo comparuit in iudicio prouidus vir magiſter N. procur. &c. & eo nomine procuratorio & partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparentis, neque inhibitionem in huiuſmodi cauſa pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa decretam, & conceſſam per dominum auditorem prę̃fatum moderari videre ſeu audire curantis, contumaciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari: & in eius cõtumaciam dictam inhibitionem vt prę

Moderatio inhibitionis.

mittitur pro parte &c. decretam & conceſſam moderari per dominum auditorem &c. poſtulauit. Memoratus &c. contumacem & eius contumaciam ad ſupradicti magiſtri N. procuratoris inſtan. dictam inhibitionem &c. moderandum duxit, & moderatus eſt.

Vel

Vel ſic. ex tunc dñs locũtenens memoratus omnia & ſingula acta actitata, literas, ſcripturas, proceſſus, priuilegia, ſtatuta, inſtrumenta, iura, & munimenta quæcunque hinc inde per ambas partes ſiue eorum procuratores quomodocunque habita, producta, & facta velle videri allegandum vel reſpondendum duxit atque alligauit. Die vero N. menſis &c. diſcretus vir.

Dominus dixit velle videꝝ acta.

Diſcretus vir. N. domini noſtri Papę curſor quaſdam literas inhibitorias in papiro ſcriptas à Reuer. Pa. domino N. vtriuſque iuris doctore domini noſtri Papæ capellano, ipſius ſacri palatij apoſtolici cauſarum auditore, eiusq; auditorio, ſiue iudicio emanatas, ſigillisq; eius impreſſione ſigillatas, necnon per diſcretum virum N. coram dicto domino auditore notarium atque ſcribam ſubſcriptas. Reuerendiſſ. Pa domino. N auditori præfato, Romæ apud S. Pet. &c. vel in domo habitatio. ſuę, facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit, dedit atque præſentauit, inhibens eidẽ prout & quemadmodum in literis inhibitorijs, quarum tenor inferius eſt inſertus, plenius continetur & habetur. Quod hanc materiam inhibitionum in pluribus caſibus, & emergentibus, vtimur inhibitionibus tam in Roma cu. quàm extra & inhibiti, & inhibitio poteſt fieri prę̃ſente, & inuita alia, altera parte, & ſuis iudicibus, ergo abſentibus, & non citatis. Stafil. de Grat. & expec. §. ſpoliatus nu. 13. verſ Quia inhibitio. Inhibitio autẽ non radicat iuriſdictionem executoris apoſtolici glo in ver. ſinitur in c. prę̃ſenti de offi. lega. in vj & poteſt inhiberi in curia, & extra, etiam quòd reſcriptum non dicat, niſi cum poteſtate citandi in Roman. cur. caſſ. de reſcrip. dec. 4. & inhibitio emanata ex commiſſione ſub eptitia locũ habet in omni tribunali in Rom. cu. excepto in Rota. Rot. in nou. de appel. dec. 3. aliàs xj. fuit dubitatum. in vltima additione. Et inhibitio non impedit ea quæ ſunt iuris, ſed ea quę ſunt facti, id eſt prohibet ſolùm ea quę de facto fiunt non autem quę iuris ſunt. & de iure fiunt. Stafil. de grat. & expe § poſt hęc nu. 27. & inhibitio non poteſt per iudicem decerni, niſi cauſa ſiue lis pendeat coram eo. Stafil de grat. & expec. ſub rubrica ſuper cõmiſ. & lit. iuſti. §. ſpoliatus nu. 13. neque fit inhibitio niſi collitigantibus. Stafil. de grat. & expec. ſub rubrica de cõmiſ. & lit. iuſti § citatio perſonalis, nu. 17.

Curſor prę̃ſentauit inhibitionẽ,

Tenor verò inhibitionis papiri cedulę vnde ſupra fit mentio ſequitur, & eſt talis.

DE ARRESTO GENERALI.

Principalis vel procurator obtinuit decerni arreſtum generale.

ET ſibi, partiq; ſuę arreſtum generale ad cameram & cancellariã Apoſto. plumbum & regiſtrum literarum Apoſto. in huiuſmodi cauſa decerni, & concedi per dominum &c. poſtulauit. Quod quidem arreſtum proximè prę̃petitum D. Aud. memoratus dicto M. N. procuratori inſtanti & petenti, partiq; ſuę decreuit atque conceſſit, illudq; prout petitum extitit atque decretum per me prę̃ſentis cauſę notarium atque ſcribam prædictum exinde fieri & ſubſcribi, ſuiq; ſigilli impreſſio communiri, ac per quẽcunq; D. noſtri Papę curſorẽ qui deſuper legitimè requiſitus fuerit exequi voluit, iuſſitq; pariter & mandauit, prout & quemadmodum in quodam arreſto generali per me prę̃ſentis cauſę notarium atque ſcribam prędictum exinde in notam recepto & inferius apud acta cauſæ huiuſmodi regiſtrato, cuius tenor inferius eſt inſertus, plenius continetur & habetur. Prę̃ſentibus ibidem diſcretis viris &c.

Tenor verò arreſti generalis vnde ſu. fit mentio ſequitur, & eſt talis.

Arreſtũ per D. Auditorẽ decre.

NOS Rainaldus Petrutius Senen. Iuris vtriuſque doctor D. noſtri Papę capellanus, & ipſius ſacri palatij Apoſtolici cauſarum cauſęque &

cauſis

instan. N. tali. Ad hęc uide for. instru.

cauſis ac partibus infraſcriptis,ab eodem domino noſtro Papa Auditor ſpecialiter deputatus, tenore præſentium arreſtamus, & ſub futuro arreſto ponimus in cancellaria & camera Apoſtolica,nec non plumbo & regiſtro bullarum Apoſtolicarum quaſcunque literas Apoſtolicas gratiam ſiue iuſtitiam continentes, pro parte cuiuſdam N. ex aduerſo principalis impetratas,cauſam & cauſas uertentes coram nobis inter eundem ex aduerſo principalem,ex una,& honorabilem uirum D N. principalem de & ſuper parrochiali eccleſia. N. diœce. rebuſq; aliis in act.cauſæ deduct. & deducendis, & illorum occaſione partibus ex altera quomodolibet tangen. & concernen. Mandamus tamen literas prædictas ubilibet expediri, & coram nobis cùm cauſa huiuſmodi nobis commiſſa exiſtat produci exhiberi, ut nobis de ipſius cauſæ meritis clarè liquere ualeat & conſtare. In cuius rei teſtimonium præſentes literas huiuſmodi arreſtum generale in ſe continẽtes exinde fieri,& per notarium publicum & huiuſmodi cauſæ coram nobis ſcribã infraſcriptum ſubſcribi mãdauimus, noſtriq; ſigilli iuſſimus & fecimus impreſſione communiri. Dat.& act. Romæ &c. Arreſtum,& arreſtare proprie eſt præcipere alicui ſub pœna,ne de eo certo loco recedat. Nico. de Mil. in reper uerſ.arreſtare proprie,& arreſtari non poteſt receſſurus a Roma. cu. ad effectum reſpondendi interrogationibus concernentibus negociũ principale. Rot.in nou.de ſeque poſſeſſ.& fruc.dec.3.aliàs 311.in princip.uoluerit,& idem Rot.in antiq.de dol.& contu.dec.3 aliàs 591.& Arreſtum contra principem decerni,& exequi non poteſt etiam per alium principem. Nicol. Boeri quæſt.79 fol 89.num.7. Nihilominus idem Boerius tenet cõtra opinionem in ſuo tractatu de ordi.gradatim utriuſque for. §. ſed qua pœna nu.61.ubi dicit quòd arreſta per conciliarios regalis concilij facta ualet, & tenet,licèt nomen principis in eo non ſit expreſſum,& compilator uocabularij Vtri Iur.quem credo fuiſſe Albericum de Roſate,notat in uerbo arreſtare: Quod arreſtare eſt aliquem, uel bona ſua per mandatum iudicis impedire ne amoueatur à loco donec conquerenti reſpondeat cap.2.de crimi.fal.& l.relegatorum ff.de inter.& relegat.& optime facit ad hanc materiam arreſti.c.Clericis.§.nos igitur talibus de immuni.eccleſi.

N.procur.N.uolens de ſuo procuratio.mandato facere fidem, dedit illud ſubſcriptum & ſignatum facto tenor. acceptans &c. proteſtans &c.

ANno,indictio. & Pontificatu quibus ſu. die uerò Mercurij xxix. menſis Ianuarij. Ro. in domo habitatio. D. Auditoris præfati coram me præſentis cauſæ notario atque ſcriba prædicto, uel mei præſentis cauſæ notarij ac coram me perſonaliter conſtitutus prouidus uir. M. N. in Roma. cu. cauſarum & honorabilis uiri. D N. principalis in ſupradicta ipſi domino Auditori facta & prẽſentata commiſſione principaliter nominati procuratores expreſsè erat nominatus, ſigno & ſubſcriptione diſcreti uiri M.N. Imperiali autoritate notarij, ut prima facie apparebat ſignatum & ſubſcriptum, facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit, atque produxit. Et nihilominus procurationis onus in hmõi cauſa pro eodem D. N. principali ſuo acceptandum duxit, & acceptauit, ac acceptare ſe dixit. Quòdq; in cauſa & cauſis huiuſmodi nihil fiat, nec ad ulteriora procedatur, niſi ipſo citato, aut aliàs legitimè uocato ſolenniter proteſtatus fuit & proteſtabatur expreſsè.

Aliquando ſic, ſi dato mandato uigore eiuſdem aliquis procurator ſubſtituitur.

N. procur. N. principalis & dato mãdato pro-

Exhibuit atque produxit, Et nihilominus aſſerens ſe huiuſmodi mandati ac poteſtatis, & autoritatis ſibi mediante eodem mandato per dictum N. principalem ſuum traditarum & cõceſſarum uigore,unum uel plures procurato-

curatorem,ſeu procuratores loco ſuo ſubſtituendum, eumq; uel eos reuocandi,ac onus mandati,ſeu officium procurationis huiuſmodi in ſe reaſſumendi toties quoties opus fuerit, & ſibi uiſum fuerit expedire, inter cætera in eodem mandato ſuo contenta & expreſſa à dicto D.N. principali ſuo poteſtatem & facultatem habere ſpecialiter & expreſsè in mandatis. Idcirco ſponte & ex eius certa ſcientia omnibus melioribus, modo, uia,iure,cauſa & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit apud acta cauſæ huiuſmodi, loco ſui ſubſtituit prouidos uiros magiſtros N. & N. in eadem curia cauſarum procuratores, abſentes, tanquam præſentes,& eorũ quemlibet in ſolidum,ita tamen quòd non ſit melior conditio primitus occupantis, deterior ſubſequen. ſed quod per unum ipſorum inceptum fuerit, per alium ſeu alios eorundem proſequi, continuari, mediari, terminariq; ualeat,pariter & finiri ad faciendum,dicendum,gerendum,& procurandum omnia & ſingula in cauſa & cauſis huiuſmodi &c. ut infra circa ſubſtitutionem procuratorum.

curatio. facto teno. &c. ſubſtituit apud acta cauſæ N. & N. procuratores abſentes &c. cum clauſulis conſuetis,ſuper quibus &c. præſentibus &c.

Tenor uerò mandati procurationis publici inſtrumenti unde ſu. fit mentio,ſequitur,&c. For. Inſtru.

Quando principalis facit primum actum in domo domini.

Conſtitutus Romæ in domo D. Auditoris prefati, & coram eo præſens & perſonaliter conſtitutus honorabilis vir. D. N. principalis in præfata ipſi D. Auditori facta & præſentata commiſſione principaliter nominatus, principaliter pro ſeipſo, citra tamen quorumcunque procuratorũ ſuorum per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum reuocationem.

Conſtitutus in domo domini & coram eo dominus N. principalis citra &c.

Quando principalis facit ſecundum, uel ulteriores actus in domo domini.

Idem ut ſupra.

Conſtitutus Romæ in domo D. Auditoris præfati & coram eo D. N. principalis prædictus principaliter pro ſe ipſo, citra tamen quorumcunque procuratorum ſuorum, per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum reuocationem.

Quando principalis facit primum actum in domo domini coram notario, ſic ſcribatur.

Conſtitutus in domo domini corã me nota. N.principa.citra &c

Romæ in domo domini Auditoris coram me præſentis cauſę notario atque ſcriba prædicto, perſonaliter conſtitutus honorabilis uir dominus N. principalis in ſupradicta ipſi domino Auditori facta & præſentata cõmiſsione principaliter nominatus, principaliter pro ſeipſo citra tamen quorumcunque procuratorum ſuorum, per eum hactenus conſtitutorum reuocationem.

Idem ut ſupra.

Quando facit ſecundum actum coram notario.

Conſtitutus in domo D. & coram eo magiſter N procurator. N. principalis prout conſtat &c.

Romę in domo domini Auditoris prętati coram me preſentis cauſæ notario atque ſcriba prædicto, perſonaliter conſtitutus dominus N. principalis prædictus principaliter pro ſeipſo, citra tamen quorumque procuratorum ſuorum per eum hactenus quomolibet conſtitutorum reuocationẽ.

Quando procurator facit primum actum coram auditore in domo.

Conſtitutus Romæ in domo habitatio domini Auditoris præfati & coram eo prouidus vir.M N.in Roma cu.cauſarum & honorabilis uiri domini N. principalis in præfata ipſi domino Auditori facta & præſentata commiſſione principaliter nominati procurator, prout de ſuæ procurationis mandato apud acta cauſæ huiuſmodi legitimis dinoſcitur conſtare prout conſtat documentis, & eo nomine procuratorio.

Vel ſic, prout de ſuæ procurationis mandato apud acta prioris inſtantiæ cauſæ huiuſmodi legitimis aſſeritur conſtare documentis.

Quando

Quando procurator post primum actum facit secundum in domo coram auditore, & est prius nominatus.

Constitutus in domo D. auditor. M. N. procurator prædictus.

Romæ in domo domini auditoris præfati, & coram eo in mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti præsentia, personaliter constitutus M. N. procurator prædictus nomine quo supra procuratorio.

Quando procurator facit primum actum in domo coram notario, & non est prius nominatus.

Constitutus in domo D. coram me notario M. N. procura. D. N. principalis.

Romæ in domo domini auditoris præfati coram me pręsentis causæ notario atque scriba prædicto, personaliter constitutus vir. M. N. in Roma. cu. causarum & honorabilis uiri domini N. principalis in præfata ipsi domino auditori facta & præsentata commissio. principaliter nominati procurator, prout de suæ procurationis mandato apud acta causæ huiusmodi legitimis constat documentis, & eo nomine procuratorio.

Quando procurator est prius nominatus coram notario.

Constitutus in domo D. coram me notario M. N. procur. prædictus.

Romæ in domo habitatio. domini auditoris præfati coram me præsentis causæ notario atque scriba prædicto, personaliter constitutus magister N. procurator prædictus nomine quo supra procuratorio.

Si fit aliquis actus in domo notarij causæ.

Romæ in domo habitationis uel in officio mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti, ac coram me præsens & personaliter constitutus vt supra.

Quando principalis comparet in iudicio, & facit primum actum.

COmparuit in iudicio coram domino auditore præfato, Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent mane hora audientię causarum consueta ad iura reddendum, & causas audiendum in loco suo solito & consueto pro tribunali seden honorabilis vir. D. N. principalis in supradicta ipsi domino auditori facta & præsentata commissio. principaliter nominatus principaliter pro seipso, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus constitutorum reuocationem.

Quando principalis comparet in iudicio, & est prius nominatus.

Comparuit in iudicio domi nus N. principalis prędictus &c.

Comparuit in iudicio &c. seden. dominus N principalis prædictus principaliter pro seipso, citra tamen quornmcunque &c. reuocationem.

Quando principalis comparet in eodem iudicio.

Comparuit in eodem iudicio coram D. Audi. prefato Ro. ibidem adhuc ubi supra loco & hora præallegat. ad iura reddendum, & causas audiendū in loco suo solito & consueto pro tribunali seden. D. N. principalis prædictus principaliter pro seipso, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus &c.

Quando idem principalis in eodem iudicio post primum actum facit secundum.

Deinde idem dominus N. principalis adhuc ibidem præsens & principaliter pro seipso, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum &c. reuocationem iudicialiter comparens.

Quando procurator primo comparet uel facit primum actum.

Comparuit in iudicio M. N. Procurat. D. N. principalis &c.

Comparuit in iudicio &c. seden. &c. prouidus vir magister N. in Rom. cu causarum & honorabilis viri domini N. principalis in pręfata ipsi domino auditori facta & prælentata commissio. principaliter nominati procurator, prout de suæ procuratio. mandato apud acta causę huiusmodi legitimis

timis dicitur constare, prout constat documentis, & eo procuratorio nomine, &c.

Vel sic, prout de suæ procurationis mandato in & ex prioris uel prioribus huiusmodi causæ instan. actis legitimè asseritur constare.

Quando procurator substitutus facit primum actum in iudicio.

Comparuit in iudicio &c. seden. prouidus vir magister N. in Roma cu causarum a prouido viro magistro N. in eadem Roma. cu. etiam causarum & honorabilis viri domini N. principalis prædicti procuratore constituto procurator substitutus, prout de ipsorum tam constitutio quàm substitutio. procuratorum hinc inde procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi legitimis dinoscitur constare, prout constat documentis, & eo nomine procuratorio.

Comparuit in iudicio M. A. procur. substitutus a M. B. procura. D. C. principaliter.

Quando procurator est prius nominatus.

Comparuit in iudicio &c. ut sup. seden. magister N. procurator prædictus nomine quò supra procuratorio.

Comparuit in eodem iudicio M. N. procurator prędictus.

Quando procurator comparet in eodem iudicio.

Comparuit in eodem iudicio coram D. Auditore præfato, Romę ibidem adhuc prout ubi supra loco, & hora pręallegatis, ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali seden. magister N. procurator prędictus, nomine quò supra procuratorio.

Quando procurator in eodem iudicio post primum actum facit alium.

Deinde idem M. N. procurator adhuc ibidem pręsens, & nomine quò supra procuratorio iudicialiter comparens.

Procura. ibidem adhuc pręsens.

Quando procurator primò comparet, in alijs secunda & in tertia instantijs.

Comparuit &c. vt sup prouidus vir M. N. in Roma cu. causarum & honorabilis uiri. D. N principalis in pręscripta ipsi D. Auditori facta & pręsentata commissio. principaliter nominari procurator, prout de suę procuratio. mandato in prioribus huiusmodi causę instantijs apud acta causę huiusmodi, legitimè dinoscitur constare prout constat documentis, & eo nomine procuratorio.

Comparuit M. N. procurat. D. N. principalis.

Quando ambo principales comparent simul primò.

Comparentibus in iudicio &c. vt sup. honorabilibus uiris dominis N. in pręscripta ipsi D. Auditori facta & pręsentata commissio. principaliter nominato ex una, & N. ex aduerso in eadem ipsi D. Auditori ut pręfertur facta & pręsentata commissione, ex aduerso principaliter descripto hinc inde principalibus principaliter pro seipsis, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eos hinc inde constitutorum reuocationem partibus ex altera, idem D. N. principalis in pręfati domini N. ex aduerso principalis pręsentia principaliter ut pręmittitur pro seipso, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus constitutorum reuocationem.

Comparentibus in iudicio domi nis N. & N principalibus.

Quando principales post primum actum faciunt secundum.

Comparentibus &c. seden. pręfatis dominis N. ex una, & N. ex aduerso hinc inde principalibus principaliter pro seipsis, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eos hinc inde hactenus constitutorum reuocationem partibus ex altera, idem D. N. principalis in pręfati domini N. ex aduerso principalis pręsentia &c.

Comparentibus dominis N. & N. hinc inde principalib prędict. citra &c.

Quando ambo procuratores comparent simul.

Comparentibus simul in iudicio &c. seden. &c. magister N ex vna, & N. ex aduerso procuratoribus prędictis nominibus eorum hinc inde quibus

Comparentibus M N. & N. hinc

inde procuratoribus.

bus ſuprà procuratorijs partibus ex altera, idem M.N. procurator in prædicti D.N. ex aduerſo procuratoris præſentia &c.

Quando procurator, & ex aduerſo principalis comparent ſimul primò.

Comparentibus in iudicio M.N. procuratore & D.N. ex aduerſo principali.

Comparentibus ſimul in iudicio &c. ſeden. ſupradictis M.N. procuratore quo ſup. nomine ex una, & domino N. ex aduerſo principali principaliter pro ſeipſo citra &c. reuocationem hinc inde partibus ex altera idem M. N. procurator in prælati D.N. ex aduerſo principalis præſentia. &c. Et iſtud fit econuerſo quando principalis primò nominatur.

Quando procurator facit aliquid ex aduerſo procuratore præſente.

Comparuit in iudicio &c. magiſter N. procurator prædictus quo ſupra nomine procuratorio præfato M.N. ex aduerſo procuratore ibidem præſente, audiente, & ut apparuit intelligente.

Quando procurator aſſertus comparet primò.

Comparuit in iudicio magiſtes M. N. procura. & præſente M. N. ex aduerſo procu.

Comparuit &c. prouidus vir magiſter N. in Roma. cu. cauſarum, & honorabilis uiri domini N. principalis in dicta ipſi domino Auditori facta & præſentata commiſſio. principaliter nominati, procurator aſſertus, prout de ſuæ procurationis mandato legitimam promiſit facere fidem & eo nomine procuratorio.

Coram Cardinali.

Comparuit in iudicio coram Reuerendiſſimo D. Cardinali iudice & cõmiſſario præfato. Romę in domibus ſuæ ſolitæ reſiden. hora ueſperorũ & audientię cauſarum more commiſſariorum conſueta ad iura reddendum, & cauſas audiendum in loco ſuo ſolito & conſueto pro tribunali ſeden.

Coram Epiſcopo commiſſario.

Comparuit in iudicio coram domino Epiſcopo iudice & commiſſario præfato, Romę in domo habitationis ſuæ hora ueſperorum & audientiæ cauſarum more commiſſariorum conſueta ad iura reddendum &c. ut proxime ſup.

Quando procurator in eodem iudicio comparet.

Comparuit in eodem iudicio coram D. Auditore uel Epiſcopo locumtenen. præfato, Romæ ibidem adhuc prout ubi ſupra loco & hora præallegatis ad iura reddendum, & cauſas audiendum pro tribunali ſeden. magiſter N. procurator &c.

Si pars eſt citata ad primam, ſecundam, uel aliam diem.

Ad primam.

AD primam, uel ſecundam diem iuridicam proximè & immediatè ſequen. qua eundem D. Auditorem Romæ apud ſanctum Petrum in palatio cauſarum Apoſtolico, in quo iura reddi ſolent mane hora audientiæ cauſarum conſueta ad iura reddendum, & cauſas audiendum in loco ſuo ſolito & conſueto pro tribunali ſedere contigerit. Prout & quemadmodũ idem curſor habuit, ut aſſeruit ab eodem domino Auditore ſpecialiter & expreſsè in mandatis. Cuius quidem curſoris relatio ſic ut præmittitur facta comparuit.

Ad horam ueſperorum.

Vel ſic, coram commiſſario.

Ad primam diem iuridicam proximè & immediatè ſequen. qua eundẽ dominum Epiſcopum iudicem & commiſſarium Romæ in domo habitationis ſuæ, in qua iura reddi ſolent hora ueſperorum & audientiæ cauſarũ more commiſſariorum conſueta, ferijs non obſtantibus, ad iura &c.

Ad horam veſperorum.

Ad horam veſperorum præſentis diei & audientiæ cauſarum more commiſſariorum conſueta, qua eundem dominum Epiſcopum iudicem & cõmiſſarium

Romæ in domo habitationis ſuæ ad iura reddendum &c.

Ad ſtatim.

Ad ſtatim videlicet ad hanc horam audientiæ cauſarum præſentis diei, antequam ipſum D. Auditorem de loco iudiciali recedere contingat & abire, prout & quemadmodum &c. Nota de iſta dictione ſtatim, quæ ſignificat in primis. & eo ipſo, inſt. quib. non eſt permiſ fac. teſt. ibi glo. in verb. ſtatim in princ Bart. in l. obligari. §. fin. aliàs tutorum. ff. de autho. tuto. & Cur. vbi dicit: Quod ſtatim intelligitur modicum ante, vel in continenti poſt non interueniente actu contrario l. continuus ff. de verbor. oblig & ſtatim intelligitur cum temperamento temporis. l. quod dicimus ff. de ſolut. Quod temperamentum intelligitur x. dierum Accur. in glo. in verbor. quod dicimus in d l quod dicimus, & in verb. intelligendum d l. quod dicimus: pariter dicit, quod temperamentum intelligitur de x. diebus, & Barto. in d.l. quod dicimus, quòd remanet arbitrio iudicis pro quanto tempore capiatur ſtatim, & ſtatim eſt aduerbium temporis, & dic ſtatim id eſt qui cito potuit. Item aliquando ſignificat, & ponitur pro anno, aliquando poſt duos menſes, & ponitur pro immediatè. Item ponitur pro infra menſem, & infra triduum, & cum temperamento, quæ notãtur per Albe. de Perg. col. 12. nu. 100. de prepoſi. & glo. in verb. intelligendum eſt, in d.l quod dicimus, dicit intelligitur de decem diebus &c. Ad ſtatim.

Ad duodecimam, octauam, ſextam.

Ad duodecimam, octauam, vel ſextam diem proximè futuram ſi dies ipſa duodecima, octaua, vel ſexta iuridica fuerit. Alioquin ad primam diẽ iutidicam ex tunc proximè & immediatè ſequen. quia eundem dominum Auditocem Romæ &c. Ad vi. viij. vel xij.

Per totam audientiam.

Per totam audientiam cauſarum Apoſtolicarum præſentis diei, antequam ipſum dominum Auditorem de loco ſuo iudiciali recedere contigerit & abire, prout &c. Per totã audientiam.

Ad hodie coram commiſſario.

Ad hodie, videlicet ad horam veſperorum & audientiæ cauſarum, more commiſſariorum conſueta ad iura &c. Ad hodie.

Receſſus alicuius à iudicio.

Et ſic idem M. N. procurator pro tunc in huiuſmodi cauſa nil plus faciens neque procurans, ſed ſe à dicto D. Auditore, eiuſque auditorio ſiue iudicio abſentando, abijt & receſſit. Receſſus à iudicio.

Et ſic ijdem procuratores nihil plus in huiuſmodi cauſa facientes, neque procurantes à dicto domino Auditore, eiuſque auditorio ſiue iudicio ſeſe abſentando receſſerunt.

Quando obtinetur citari ex aduerſo ad dicendum contra.

Et nihilominus partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra &c. dicere ſiue excipere voluerit, per aliquem D. noſtri Papæ curſorem citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competen. Vel per audientiam publicam literarum contradictarum D. noſtri Papę citari, mandari ad aliquem certum terminum competen. per D. Audi. Vel Epiſcopum locumtenen. prefatum debita cum inſtantia poſtulauit. Quam quidem citationem proximè prepetitam ad prenarratum actum faciendum D. Auditor, vel Epiſcopus locumtenen. memoratus dicto M. N. procuratori inſtanti & petenti, partiq; ſuę decreuit atque conceſſit. Eamq; prout petita extitit decreta atque conceſſa. Ad primam diem iuridicam proximè & immediatè ſequen. qua eundem. D. Audi. Romę apud ſanctum Petrum Cõparuit in iudicio M.N. procurator obtiuit ad dicendum cõtra ad primã di. p.q. c. vel audiẽ. contradictarum.

HAVRORUM BIBLIOTEKA

trum in palatio Apostolico in quo iura reddi solent mane hora audientiæ causarum consueta ad iura reddendum, & causas audiendum in loco suo solito & consuero pro tribunali sedere contigerit, per quemcunque domini nostri Papæ cursorem, qui desuper legitimè requisitus fuerit peremptoriè fieri uoluit atque mandauit. Vel per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prędictam peremptoriè fieri uoluit atque mandauit.

Si per audien.

Quando in contumaciam partis aduersæ obtinetur ulterius decretum.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque quicquam uerbo uel in scriptis &c. curanę contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam ulterius &c. per aliquem ex D. nostri Papæ cursoribus citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiam sibi partiq; suę ad consimilem actum faciendum præfigi, statui, & assignari uit Memoratus tunc D. Auditor dictam partem aduersam non comparentem sufficienter, & usque ad horam debitam expectatam reputauit, meritò pro tam ad prænarratum actum faciendum dicto M. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ. Vel dicto D. N. principali instanti & petenti decreuit atque concessit. Eamq; prout petita exti it decreta atque concessa ad primam diem iuridicam &c. Termini reciproci. Vel ad octauam diem proximè futuram, si dies ipsa octaua iuridica fuerit. Alioquin ad primam diem iuridicam ex tunc proximè & immediatè sequen. quam eundem D. &c. pro tribunali sedere contigerit, per quemcunque D nostri Papę cursorem qui desuper legitimè requisitus fuerit peremptoriè fieri uoluit, atque mandauit. Eundem etiam terminum ad consimilem actum faciendum, eidem M. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ. Vel eidem domino N. principali instanti & petenti duxit nihilominus peremptoriè præfigendū, statuendum, & assignandum, præfixitq;, pariter statuit & assignauit. Isti termini reciproci sunt alternantes, nam citatur Meuius ad octauam diem si iuridica fuerit, alioquin ad primam diem iuridicam & sic alternatim cùm non exprimatur certa dies, sed sub conditione exprimatur, & sic alterutris diebus scilicet adinuicem. Authen. de mand. prin. § deinde conueniens col. 3. & ibi glo. in uerb. alternatis, & l. si ex toto. ff. de leg. 1 § si ira scriptum, & §. si ita legarum, & gl. in uerb. alterutro, quę ponit alterutrum pro altero. Item alia glo. ibi in uerb. alterutra, declarat, ideſt utraque, in qua glo. Accur. dicit hoc uerbum alterutrum stare alternatiuè. Bar. authen. in d. §. si ita scriptum, declarat alterutrum, id est quem uolo, & in d §. si ita legatum uersi. quęro dicitur, exponit utraq;, & q̄ est dictio alternatiua. Fran. Aret. in l. in duobus. §. ubi duo, dicit quòd ista dictio de proprio significatu importat alterum duorum, not. in prin. ff. de duob. reis, & facit quòd no. Azo. in summa de ignor. iur. & facit nu. 3. uersi. titubatio, ubi dicit quòd titubatio uerè est cum hinc inde Domino sciam contraria, uel diuersa. & Hostien. in summa. § quid sit transactio. de transac. qui dicit, quòd fit de re dubia, & lite incerta non gratuita. & Roma. consi. 455. Dei implorato suffragio, dicit q̄ respondens obscure dicitur confiteri petitum, & indeterminate significat q̄ esse non debet. glo. in uerb. uel indeterminatè, & indeterminatè est aduersum qualitatis. Alber. de Perg. de præposi. col. 9. nu. 64. & uitium clandestinationis

Comparuit in iudicio N. procu. N. & in cōt. &c obtinuit ad dicendum contra ad. 1 di. p q. c Petitio præfixionis termini ad idem.

Clausula contumaciæ.

Præfixio termini ad idem.

nationis dicitur personale. Io. Fran. Balb. quæst. 12. col. 1. nu. 4. ver. Item vitium clandestinationis de præscrip. Et ambigui species sunt innumerabiles Clau. Cantium. de offi. Iud. c. 5. col. 2. nu. 8. & ambiguum differt ab oscuro Claud. eod. c. 5. nu. 9. & ambiguum etiam est quod varijs modis contingit. Claud. eo. c. 5 nu. 10. & ad veritatem alternatiuæ, seu disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram. And. Barb. sicul. in c. inter cæteras col. 2. nu 9. & 13. de rescrip. col 3. & alternatiua aliquando soluitur in solutam. And. Bar. sicul. in c. constitutus de rescrip. col. 6. nu. 5 1. & alternatio non vitiat, nec inducit certitudinē. And. Barb. cum inter de elec. col. 2. nu. 7. & nu. 3 2. quęst. 8. c. non solum.

Ad libellandum. Ad iurandum de calumnia. Ad articulandum. Ad producendum omnia. Ad declarandum. Ad concludendum. Ad omnes ipsos terminos ponitur. Quæ etiam sibi &c. Et eundem etiam terminum quia reciproci sunt aliàs non ponuntur.

Terminorum accidentalium tantùm vnus statuitur & assignatur, vtri que parti videlicet ad impugnandum & iustificandum, ac impugnari & iustificari videndum.

Quando ponitur illa particula, vt asserit non scribatur nisi ad verbum postulauit.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparent. neque quicquam verbo vel in scriptis contra &c vt asseruit curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari per D. Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus &c.

Comparuit N. proeur. & vt asseruit accusauit contumaciam.

Petitio copiarum, & decretum ipsarum.

Et sibi copiam positionum, & articulorum, iuriumq; & munimentorū pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa datorum, exhibitorum & productorum decerni & concedi, tradiq; & assignari per D. Audi. prętatum debita cum instantia postulauit. Quam quidem copiam proximè prępetitam dominus Auditor præfatus dicto magistro N. procuratori instanti & petenti decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit atque concessa per me prędictum fieri, & eidem magistro N. procuratori instanti & petenti tradi, dari & assignari voluit, iussitq; pariter & mandauit.

Comparuit N. procur. & obtinuit sibi decerni copiam.

Petitio copię commissionis.

Et sibi copiam supradictę ipsi domino Auditori factę & prędictatę commissionis pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa decerni & concedi, tradiq; &c. vt sup. in prędcedenti.

Procur. obtinuit decerni copiam commissi.

Et quandam comparitionis, siue petitionis copię commissio. superius ipsi domino Auditori in huiusmodi causa factę & prędictatę papiri, cedulā facto realiter & in scriptis &c. atque dedit. Et nihilominus sibi, partiq; suę copiam commissio. eiusdem iuxta & secundùm comparitionis & copię petition. papiri cedulę continentiam, formam & tenorem decerni & concedi per dominum Auditorem prętatum, debita cum instantia postulauit. Quam quidem copiam dominus Auditor memoratus dicto magistro N. procuratori instanti & petenti, partiq; suę decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit decreta atque concessa per me prędictis causę notarium &c. sibi tradi voluit atque mandauit.

Procur. dedit cedulam comparit. facto obtinens sibi decerni copiam commissionis.

IVRAMENTVM PAVPERTATIS.

Die verò &c. Romæ in domo domini Auditoris præfati & coram eo, vel coram me præsentis causæ notario atque scriba prędicto præ-

Cōstitutus ī domo D.N. princi

C sens

palis citra, & allegauit se pauperem quare admissus iurauit paupertatē obligans se &c. prę-sentibus.

sens & personaliter constitutus honorabilis vir dominus N. principalis in prę-inserta ipsi domino Auditori facta & præsentata commissione principaliter nominatus, principaliter pro seipso, citra tamen &c. reuocatione. Et qualiter causam & causas huiusmodi propter nimiam paupertatem, quam patitur ordinariè prosequi & defendere non posset dixit, & allegauit. Idcirco ad huiusmodi suam paupertatem verifican. se ad iurandum admitti, eiusq; solitum iuramentum desuper recipi per dominum Auditorem præfatum, vel me præsentis causæ notarium atque scribam prædictū debita cum instantia postulauit. Ex tunc dominus Auditor memoratus, vel ego prę-sentis causæ notarius antedictus dictum dominum N. principalem instantem & petentem ad iurandum paupertatem huiusmodi duxit vel duxi more solito admittendum, & admisit vel admisi. Qui dum sic admissus fuerat, statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus. Vel sic. Ad requisitionem mei prę-sentis causæ notarij atque scribæ prę-dicti, & in eius vel meis manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit, & dixit se pauperem nec habere in temporalibus, neque in spiritualibus bonis, vnde causam huiusmodi ordinariè prosequi aut defendere possit. Subiungens nihilominus quòd cum ad pinguiorem deuenerit fortunam mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto de salario per me in huiusmodi causa pro parte sua deseruito & deseruiendo realiter & cum effectu satisfaciet, ac debitam satisfactionem & solutionem impendet. Præsentibus &c. Hic est aduerten. pauperes & impotentes supportare expensas litis litigando ordinariè, ideo isti pauperes etiam potentes recurrunt ad beneficium paupertatis, illam allegantes medio iuramento, & admissi à iudice, expensas pro dimidia soluunt, aliàs soluissent secundùm taxam, & prout alij litigantes soluunt, quia oportet quòd intentans hanc viam, sit verè pauper, & pauper dicitur quem lex exonerat à satisfactione etiam in contumacia satisdandi, quia hoc facere non potest. Spec. de secun. decre. §. iuxta num. 8. & pauperes habent actionem super legatis ad pias causas, & relictis pauperibus & illa petere possunt. Spec. lib. 2. de instrumen. edi tio. §. nunc quæro. Et statur declarationi iudicis quis sit pauper, & hæc est communionis opinio. Dec. in authen. præterea col. 9. nume. 15. C. vnde vir, & vxor. Pauper etiam dicitur cedens bonis, & mendicans ostiatim. Abb in c. odoardus col. 3. nu. 19. de solut. Pauper non soluens qui non est soluendo dicitur contumax. Imol in d. c. odoardus col. 4. num. 26. de solutio. & actio in factum nascitur ex pauperie. Hostiē. in sum. de pauperie § quę actio, & pauperi eleemosinam petenti per diuitem dari debet. Hosti. in sum. de postu. præl. §. & vtrum ius. nu. 13. & pauper quis sit statur iuramento, & est communis opinio. Et iuramentum super paupertate habet uim iudicij. Rom. consi. 76. in causa nobilis num. 1. & Alex. consi. 146. visis diligenter col. 2. nu. 6. & conditio pauperis est aliquando melior, quàm diuitis. Oldr. consi. 27. Thema tale est. & iuramentum ubi interuenit non apparet dolus, & est obseruandum. Annani. consi. 50. in Christi nomine col. 2. nu. 2. Pauperibus etiam est fauen salua iustitia. Annani. consi. 68. in Christi nomine nu. 1. col. 1. Quibus omnibus. Et iuramentum paupertatis restringitur ad licitè facta. Ant. de Brut. consi. 24. in nomine patris col. 2. nu. 3. versi. Item quia. Et pauper consanguineus debet subueniri, magis quàm extraneus, tamen si subuentum fuerit & extraneo pauperi, valebit datio. Feder. de sen. consi. 33 nunquid col. 3. nu. 3. & iuramentum vt sit validum debet habere tres comites scilicet iudicium, iustitiam, & veritatem Alex. consi. xij. nu. 5. & Calder. de iur. iura. consi 8. duæ puellæ in prin. & iuramentum est obli-

obligatorium pro parte iurantis. Feder. de sen. consi. 272. in nomine Domini col. j. num. j. uersi. Christi nomine. Et iurans non præsumitur se astringere ad id quod ignorat. Fede. de sen. consi. 199. quæritur an domi. col. 2. versi. Item iurando. Et pauper dicitur quia parum potens, vel parum parans, vel quasi parum imparans, sicut paruus dicitur quasi parum valens, & pauper dicitur ille qui habet aliquid, licèt parum, sed inops dicitur, qui nihil habet. Archid. d. in j. distinct. 8. c. quo iure nu. 3. & l. si quis ad declinandum §. siquis autem pauperior est hominibus, qui inopia tenti sunt, & in Xenone s. in hospitali positi. C. de Episco. & Cleri. & pauper vbique iacet. inst. qui. manum. non lic. §. j. & authen. quib. mod. natu effic. leg. § quis in abiecta degit vita paruæ quidem substantię dominus consistens. Et pauper est qui habet in bonis minus quinquaginta aureis. l. nonnul. ff. de Accusa. & pauper dicitur qui fideiussorem dare non potest. l. si reum ff. de custo. & exhib. reo. & pauper etiam dicitur mediocris. l j & ibi glo in vers mediocris, quæ exponit mediocris, id est pauper. C. de senat lib xij. & iuramentum validat coram quo aliàs non valeat. Cald. de iur. iuran. consi. 8. duæ puellæ, & non debet esse vinculum iniquitatis. Alex. consi. xij. col ij. nu. 4. & iuramentum sufficienter probat paupertatem. & necessitatem. Feder. de sen. consi. 193. in quęst. nu. 2. versi nunc est. & iuramentum ex diuersis redditur inefficax. Fed. de sen. consi. 31. minor 25. annis per totum, & iurans res suas non repetere, debet illud seruare. Calder. consi. 8. duæ puellæ, & iuramentum contra ius non valet præstitum. Calder. de vir. iur. consi. an iuramentum in prin. Et causa pauperis est prius expedienda quàm diuitis. And. sicul. in c. quæ in ecclesiarum col. 7. nu 23. de consti Et iuramentum vbi interuenit & non apparet dolus, est obseruandum. Annani. cons. 50. in Christi nomine col. 2. nu. 2.

SEQVVNTVR TERMINI SVBSTANTIALES ad dicendum contra commissionem.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non cōparentis, neque quicquam verbo vel in scriptis contra & aduersus supradictam ipsi D. Auditori vel Episcopo locumtenen. factam & præsentatam commissionem, dicere siue excipere curan contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam vlterius addandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem per aliquem domini nostri Papæ cui sorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentē. Quem etiam ubi &c. Memoratus &c. Et in eius contumaciam &c. Eamq; prout petita &c. Ad primā diem &c. Vel ad octauam &c. Si in prophanis sedere contigerit per quemcunque cursorem &c. Eundem etiā terminum &c. Require omnia su. fol. præcedenti.

Cōparuit N. & in cōtumaciam partis aduersæ non dicentis cōtra cōmissione obtinuit ad libellandum ad j. diē p. q. c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparen. neque quicquam verbo vel in scriptis contra supradictam commissio. ipsi D. Auditori vel Episcopo locumtenen. superius vt præmittitur in huiusmodi causa factam & præsentatam, neque contra iura & munimenta pro deuolutione causæ ad Roma. cu. facien. vltimo superius vt præmittitur in huiusmodi causa data, exhibata & producta dicere siue excipere curant. contumaciā accusauit. Eamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam &c. vt supra.

Cōparuit N. & in cōtumaciam nil dicent. cōtra commissio. & iura p deuolutione causę producta obtinuit ad libellandū ad primam diem.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparent. neque quicquam verbo, vel in scriptis contra supradictam ipsi domino Auditori superius

Cōparuit N. &

maciam non dicentis contra cõmission. dependen.

perius vt præmittitur vltimò factam & præsentatam commissionem dependen. dicere siue excipere curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari per D. Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus &c.

Contra præfatam ipsi D. Auditori superius vt præmittitur vltimò factã & præsentatam commissionem generalem dicere, siue excipere curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari per dominum Auditorem &c. postulauit. Memoratus &c.

Comparuit N. & accusauit cõtumaciam non dicent. cõtra cõmissio. gñalem N. principalis iurauit in supplementum probationis contento rum in commissione.

Et in supplementum probatio. idem D. N. principalis principaliter pro seipso citra reuocationem, & omnia & singula in dicta commissione contenta fore vera medio suo iuramento, quod ibidem ad mandatum ipsius domini Auditoris, & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia præstitit, affirmauit, & sibi citationem &c.

Consensus iu iurisdictionem.

Comparuit &c. pro tribunali seden. magister N. procurator &c. & in ipsum dominum Auditorem, eiusq; iurisdictionem tanquam in iudicem sibi partiq; suæ præfatæ in huiusmodi causa competen. expresse consentien dum duxit, atque consensit.

Comparuit N. & dixit generalia cõtra cõmissionẽ verbo solùm &c.

Et nihilominus contra supradictam ipsi domino Auditori superius vt præmittitur factam & præsentatam commissionem, generaliter verbo solùm & duntaxat cum protestatio. inde expressa, de dicendo & excipiendo contra eam facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. excipiendum duxit, pariter & excepit. Dicens per hanc suam comparitionem per ipsum N procuratorem nomine quo supra procuratorio, vel principalem, non intendit, neque vult iurisditionem D. Auditoris in aliquo prorogare, neque in eum tanquàm in iudicem, sibi, partiq; suæ competen. nisi in quantum de iure tenetur consentire, de quo publicè protestatus fuit, & protestabatur expresse.

Dissensus in iudicem.

AD LIBELLANDVM IN BENEFICIALIBVS.

In beneficialibus comparuit N. & in contu. non libellantis satisfacien. termino dedit libellũ verbo saluo &c. obtinẽs ad articulandũ ad. xij. di. p. q. c.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersę non comparentis, neque aliquem libellum, siue summariam in huiusmodi causa petitionem dare, aut ex aduerso dari, videre vel audire curant contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo, quendam libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem pro parte sua verbo solùm, & duntaxat cum protestatione de dando eundem siue eandem facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportu. exhibuit, produxit, obtulit atque dedit. Et nihilominus eandem partem aduersam ulterius ad ponendum & articulandum, poniq; & articulari videndum in huiusmodi causa per alium peremptorium terminum competentem. Quem etiam sibi &c. postulauit. Memoratus tunc &c. contuma. Et in eius contumaciam &c. Eamq; &c. ad xij. &c. Per quemcunq; domini &c. Eundem etiã terminum &c. vt sup.

Nota quandocunque in profanis datur summarius processus modo præmisso obseruatur terminus ad libellandum.

Si in profanis.

Cõparuit N. & in cõtimaciam nõ libellãtis satisfaciẽdo termi

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis &c. vt sup. obtulit atque dedit. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius adiurandum & deliberandum iurari & deliberari, videndum de calumnia vitanda, & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis, & capitulis in

lis in & sub calumniæ iuramento content. & comprehensis, de & super tota causa præsenti per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari & mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiam sibi &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam &c. Eamq; &c. ad primam &c. per quemcunque domini &c. Eundem &c.

no dedit libellũ verbo saluo &c. obtinens ad iurãdũ de calũnia ad i. di. p. q. c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquem libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem dare, aut ex aduerso dari, videre seu audire curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo, quendam libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem, facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, produxit, obtulit, atque dedit. Et nihilominus eandem partem aduersam ulterius ad respondendum dicto libello pro parte sua sic vt præmittitur oblato, litemq; super eodem contestandum, & contestari videndum de calumnia vitanda, & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis, in & sub calumniæ iuramento conten. & comprehensis, tam de & super dicto oblato libello quàm tota causa præsenti primò & pro prima dilatione per aliquem ex D. nostri Papę cursoribus citari, mãdari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiã sibi partiq; suæ ad consimiles actus faciendum preterquam ad respondendum libello præfigi, statui, & assignari per D. Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc &c. contumacem. Et in eius cõtumaciam &c. Eamq; prout &c ad primam &c. per quemcunque &c. Eundem etiam terminum ad consimiles actus faciendum, preterquam ad respondendum libello eidem magistro N. &c. vt supra.

Cõparuit N. & in contumaciã non libellãtis satisfacien. termino dedit libellũ partis suæ facto obtinens ad respondendũ eidẽ primò & pro prima dilatiõe ad. i. di. p. q. c. uide. i liij.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersę non comparentis, neque libello pro parte sua superius vt præmittitur in huiusmodi causa dato & oblato respondere, neque litem super eodem contestari videre, aut ex aduerso cõtestari videre. Nec iurare & deliberare, iurariq; & deliberari de calumnia vitanda & veritate dicenda, cum omnibus & singulis clausulis & capitulis, in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis, tam de & super dicto oblato libello quàm tota causa præsenti solitum & consuetum calumniæ iuramentum præstare, aut ex aduerso prestari primò & pro prima dilatione, vel secundò pro secunda dilatione, vel tertio pro tertia dilatione sub excoicationis pœna, videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam vlterius ad idem secundò & pro secunda dilatione, vel tertiò pro tertia dilatione sub excommunicationis pœna per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari, mandari, ad aliquem certum peremtorium terminum competentem. Quem etiam sibi &c. Memoratus tunc &c. contumacem. Et in eius contumaciam &c. Eamq; &c. Ad primam &c. per quemcunque &c. Eundem etiam &c. vt sup.

Cõparuit N. & in contumaciã nõ respondẽtis libello primò siue secundò obtinuit ad idem secũdò siue tertiò ad i. diem. p. q. c.

Et partis sibi &c. comparentis, neque libello suo pro parte sua superius vt præmittitur in huiusmodi causa dato & oblato respondere, neque litem super eodem contestare aut ex aduerso contestari, nec iurare & deliberare, iurariq; & deliberari aut de calumnia vitanda, & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis, in & sub calumniæ iuramẽto contentis & comprehensis, tam de & super dicto libello oblato, quàm tota causa præsenti solitum & consuetum calumniæ iuramentum præstarẽ, aut ex aduerso præstari tertiò & pro tertia dilatione videre seu audire curant contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius

Cõparuit N. & in cõtumaciam non respondentis libello tertiò obtinuit ad idem quartò ad. i dic. p. q. c.

contumaciam eandem partem aduersam ulterius ad idem quartò, & pro quarta dilatione & ex superabundanti sub excommunicationis pœna ad omnem eius malitiam conuincendam. Vel dicendum & causam siquam habet rationabilem cur prẽmissa fieri non debeant allegandum, per unum ex domini nostri Papę cursoribus citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiam &c. Memoratus &c. Et in eius contumaciam vt sup.

Comparuit N. & accusauit cõtumaciam non respondentis libello quartò & ex superabundanti.

Et partis &c. neque libello supradicto pro parte sua ut præmittitur in huiusmodi causa dato & oblato respondere, neque litem super eodem contestare, aut ex aduerso contestari, neque iurare & deliberare, iurariq; & deliberari de calumnia uitanda & ueritate dicenda, cum omnibus & singulis clausulis, & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis, & comprehensis, tam de & super dicto oblato libello quàm tota causa prẽsenti solitum & consuetum calumniæ iuramentum prẽstare, aut ex aduerso præstari, quartò & pro quarta dilatione ex superabundanti. Nec causam rationabilem quare id fieri non debeat allegare curantis, contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari per dominum Auditorem siue Episcopum locumtenen. prẽfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc &c. contumacem.

Comparuit N. & in contumaciam non respõdent. libello obtinuit partẽ aduersam inscrip. excommunicari Super quibus &c. Præsentibus &c.

Et partis &c. neque libello supradicto &c. curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam in scriptis excommunicari, & ut talem publicè denunciari, mandari, literasq; excommunicatorias, & denunciatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta, partiq; suę decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc &c. contumacem & ipsius contumaciam ad dicti magistri N procuratoris instan. eandem partem aduersam excommunicandam duxit, & excommunicauit, excommunicatamq; palàm & publicè denunciari mandauit, literasq; excommunicatorias & denunciatorias, desuper necessarias & opportu. in forma solita & consueta, nihilominus decreuit atque concessit. Easq; prout petitæ extiterant & decretę per me prẽsentis causæ notarium atque scribam prędictũ exinde fieri, subscribi & publicari, suiq; sigilli impressione communiri uoluit atque mandauit, prout & quemadmodum in quibusdam literis excommunicatorijs inferius apud acta causæ huiusmodi registratis, quarum tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur. De & super quibus &c. Præsentibus &c.

Tenor uerò literarum excommunicatorialium &c.

Comparuit N. & in contumaciam non libellantis repetijt libellum aliàs data alium dans aliud uerbo saluo &c. obtinens ad dicendum contra siue ad respondendum eidem ad 1.diem p.q.c.

Petrus Paulus Parisius &c. For Instr. 69 col. 4.

Et partis &c. reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo, libellum siue summariam petitionem in priori prædictæ causæ instantia dat, exhibet, in quantum tamen pro se parteque sua, & contra partem aduersam faciat, & non aliàs hic repetijt, illumq; sibi ueluti illam hic de nouo uerbo solùm & duntaxat reexhibuit & reproduxit. Et nihilominus quendam libellum siue summariam petitionem uerbo solùm & duntaxat cum protestatione de dando eundem siue eandem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis exhibuit atque obtulit. Et ulterius eandem partem aduersam &c.

Comparuit &c. Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquem libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem dare aut ex aduerso dari, uidere, seu audire curan. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo, quendam libellum siue summariam

riam in huiusmodi causa petitionem facto realiter & in scriptis exhibuit atque dedit. Quem sibi ad corrigendum & per aduocatum reuidendum restitui, subscribi, nec non aliquem certum terminum peremptorium competen. ad reportandum eundem prẽfigi, statui, & assignari per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc &c. contumacem. Et in eius contumaciam dictum libellum superius ut prẽmittitur oblatum ipsi magistro N. prõ curatori instan. & peten. per me prẽsentis causæ notarium atque scribam prædictum restitui & sibi tradi uoluit, iussitq; pariter & mandauit. Nec non eidem ad reportandum eundem hinc ad primam diem iuridicam &c. contigerit peremptorie duxit prẽfigendum, statuendum, & assignandũ, prẽfixitq; pariter, statuit & assignauit. Quem quidem libellum ego prẽsentis causæ notarius atque scriba prædictus dicto magistro N. procuratori instanti & petenti ad corrigendum ut prẽmittitur restitui huiusmodi de mandato.

Comparuit N. & reportauit libellum correct. facto obtinens ad respondendũ eidem primò ad primum diem.

Comparuit N. & libellum pro parte sua in huiusmodi causa oblatũ aliàs sibi ad corrigendum restitutum facto realiter & in scriptis infrascripti, tenoris dedit, exhibuit, atque reportauit. Et nihilominus partem sibi in huiusmodi causa aduersam ulterius ad respondendum eidem libello litemq; desuper contestandum & contestari uidendum. Nec non ad iurandum & deliberandum, iurariq; & deliberari uidendum &c. tam de & super dicto oblato libello quàm tota causa prẽsenti per unum ex domini nostri Papæ cursoribus citari &c. Quem etiam sibi &c. postulauit. Quam quidem citationẽ proximè præpetitam &c. ad primam &c Eundem etiam &c.

Procur. reportauit libellũ aliàs ad corrigẽdum restitutum quẽ obtinuit sibi iterato restitui ad 1.diem.

Comparuit &c. procurator & libellum pro parte sua in hac causa oblatum & sibi ad corrigendum restitutum facto realiter & in scriptis exhibuit atque reportauit. Quem sibi iterato ad corrigendum restitui, nec non ad reportandum eundem aliquem &c ut sup.

Comparuit N. & obtinuit compelli ex aduerso procuratorẽ prẽsentem ad respondendum libello.

Comparuit N procurator &c. & supradictum magistrum N. ex aduerso procuratorem ibidem præsentem &c. intelligendum, ad respondendum libello superius pro parte sua oblato, litemq; &c. sub excommunicationis pœna moneri & requiri per dominum &c. Ex tunc D. Auditor ad prædicti M. N procuratoris instan. supradictum N. ex aduerso procuratorem prẽsentem &c. ad respondendum dicto libello superius ut prẽmittitur pro parte dicti magistri N. procuratoris oblato ad primam diem &c sub dicta excommunicationis pœna monuit & requisiuit.

Procur. respondit libello metu excommunicationis.

Comparen. &c. procurator N. & in ex aduerso procuratoris prẽsentia huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo, dixit narrata prout narrantur in dicto suo libello fore uera, & petita prout petuntur in eo fieri debere. Narrata in libello partis aduersæ prout narrantur non fore uera, & petita in eadem fieri non debere animo litem contestandi ex aduerso N. procurator huiusmodi libello non fore respondendum exceptio. pro parte sua datis duxit allegandum, & allegauit. Et tunc dominus Auditor prẽfatus ad dicti magistri N. procuratoris instantiam dictum magistrum N. ex aduerso procuratorem ad respondendum libello ad statim sub excommunicationis pœna in scripris monuit, requisiuit. Quiquidem N. procurator metu excommunicationis & non aliàs narrata prout narrantur in dicto libello partis aduersę uera non esse, neque petita prout petuntur in eodem fieri debere animo litem contestandi dixit & allegauit.

Procur. prẽsente ex aduerso ꝓcuratore respondit libello.

Comparen &c. partibus ex altera magister N. procurator in dicti magistri N. ex aduerso procuratoris prẽsentia huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo dixit narrata, prout narrantur in dicto libello suo uera esse, & petita prout petuntur in eodem fieri debere. Nec non narrata in

libello partis aduersæ prout petuntur & narrantur non fore uera, ac petita in eodem minimè fieri debere animo litem conteſtandi dixit, & allegauit.

Procura. dixit libello non fore reſpondendū.

Ex aduerſo magiſter N. procurator &c. comparens huiuſmodi libello non fore reſpondendum obſtantibus exceptionibus pro parte ſua in huiuſmodi cauſa datis replicando dixit, & replicauit &c.

AD IVRANDVM DE CALVMNIA.

Comparuit N. & in cont. non iurantis de calumnia admiſſus iurauit in forma &c.

ET partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparentis, neque aliquod ſolitum & conſuetum in huiuſmodi cauſa calumniæ iuramentum, cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in & ſub calumniæ iuramento contentis & comprehenſis præſtare, aut ex aduerſo preſtari uidere, ſeu audire curantis contumaciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari Et in eius contumaciam huiuſmodi die termino pro parte ſua ſatisfaciendo ſe ad præſtandum in huiuſmodi cauſa ſolitum & conſuetum calumniæ iuramentum cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in & ſub iuramento calumniæ contentis, ut præmittitur & comprehenſis recipi & admitti per D Auditorem præfatum debita cum inſtan. poſtulauit. Memoratus tunc D. Auditor, uel Epiſcopus locumtenens &c. contumacem. Et in eius contumaciam ſupradictum magiſtrum N. procuratorem, uel ſupradictum D.N. principalem, inſtantem & petent. ad preſtandum ſolitum & conſuetum in huiuſmodi cauſa calumniæ iuramentum, cum dictis clauſulis & capitulis, in & ſub calumniæ iuramento contentis admittendum duxit, & admiſit. Qui quidem M.N. procurator, uel qui quidem D.N. principalis, dum ſic per D. Auditorem uel Epiſcopum locumtenen. præfatum admiſſus fuerat, ſtatim & in continenti ad mandatum ipſius D. Auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter ſcripturis ſacroſanctis, ad ſancta dei Euangelia de calumnia uitanda & ueritate dicenda cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis, in & ſub calumniæ iuramento contentis & comprehenſis, ſolitum & conſuetum præſtitit calumniæ iuramentum. Quo quidem calumniæ iuramento ſic ut præmittitur præſtito idem M.N. procurator ibidem adhuc præſens, & nomine quo ſupra procuratorio iudicialiter comparens. Vel idem D. N. principalis ibidē adhuc præſens & principaliter pro ſeipſo, citra tamen quorumcunque procuratorum ſuorum per eum hactenus conſtitutorum reuocationem iudicialiter comparens. Eandem partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam ulterius ad ponendum & articulandum, poniq; & articulari uidendum in huiuſmodi cauſa per aliquem D. N. Pa. curſorem citari, mandari, ad aliquē peremptorium terminum competen. Quem etiam ſibi, partiq; ſuæ &c. aſſignari per Do. &c. poſtulauit. Memoratus &c. cont. & in eius con. &c. citationem proximè præpetitam ad prenarratum actum faciendum D. Audi. prefatus dicto magiſtro N. procuratori inſtan. & peten. partiq; ſuę decreuit, atque conceſſit. Eamq; prout petita extitit decreta atque conceſſa ad xv. di. proximè futuram ut ſup. in citatione cum contumacia. Eundem etiam terminum &c. Comparentibus unde ſupra N. & N. &c. idem M. N. nomine quo ſupra procuratorio in præfati magiſtri N. procuratoris ex aduerſo preſentis huiuſmodi diei termino ſatisfaciendo, dixit narrata, prout narrantur in libello ſupradicto pro parte ſuperius ut præmittitur in huiuſmodi cauſa exhibito, oblato, & producto eſſe uera & petita prout petuntur in eodem fieri debere.

Iuramētum calumniæ.

Comparentibus hinc inde procuratorib. N procurator dixit narrata &c. animo litem cōteſtandi.

Ex aduerſo uera &

ra & petita in eodem minimè fieri debere, animo & intentione litem de ſuper conteſtandi. Ex aduerſo uerò magiſter N. ex aduerſo procurator præfatus ibidem adhuc ut præmittitur præſens, & nomine quò ſuprà procuratorio iudicialiter comparens, metu excommunicationis ut apparuit narrata prout narrantur in prædicto libello ex parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſo oblato, uera non eſſe nec petita prout petuntur in eodem fieri debere, ſimilibus animo & intentione litem deſuper conteſtandi reſpondendo duxit, & allegauit.

ro procur. metu excommunicatiōis dixit narrata prout &c. ſimiliter animo lit. conteſt.

Subſequenter uerò ijdem magiſtri N. & N. hinc inde procuratores nominibus quibus ſuprà procuratorijs ibidem adhuc ut præmittitur præſentes, & iudicialiter comparentes, ſe ad præſtandum ſolitum & conſuetum calumniæ iuramētum in huiuſmodi cauſa admitti per D. Audi. præfatum debita cum inſtantia poſtularunt. Quos quidem inſtantes & petentes & eorum quemlibet D. Auditor præfatus ad præſtandum ſolitum & conſuetum in huiuſmodi cauſa calumniæ iuramentum tam de & ſuper dicto oblato libello, uel tam de & ſuperdictis hinc inde libellis, quàm tota cauſa preſenti admittendos duxit, & admiſit. Qui quidem procuratores dum ſic ut præmittitur per D Auditorem præfatum admiſſi fuerant, ſtatim & in continenti ad mandatum ipſius D. Auditoris & in eius manibus tactis per eos ob hoc corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia de calumnia uitanda & ueritate dicenda cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis, in & ſub calumniæ iuramento cōten. tam de & ſuper dicto oblato libello, uel tam de & ſuper dictis oblatis libellis quàm tota cauſa præſenti ſolitum & conſuetum ſucceſſiue preſtiterunt, & quilibet ipſorum preſtitit in huiuſmodi cauſa calumniæ iuramentum. Quibus quidem calumniæ iurament. ſic ut præmittitur preſtit. magiſtri. N. & N. procuratores ibidem adhuc preſentes, & nominibus quibus ſuprà procuratorijs hinc inde iudicialiter comparentes, ſibi & cuilibet ipſorum ulterius ad ponendum & articulandum, poniq; & articulari uidendum in huiuſmodi cauſa aliquem certum peremptorium terminum competen. præfigi, ſtatui, & aſſignari per Do. &c debita cum inſtan. poſtulauit. Quem quidem terminum proximè præpetitum ad prænarratum actum faciendum D. Audi. prefatus ſupradictis magiſtris. N. & N. procuratoribus hinc inde ut præmittitur inſtantibus & peten. partibusq; ſuis alteri ad alterius inſtantiam ad xv. diem proximè futuram ſi dies ipſa &c. ſedere contigerit peremptorie præfigendum duxit ſtatuendum & aſſignandum, præfixitque, pariter ſtatuit & aſſignauit. Vel aliquando ſic. Ex aduerſo uerò magiſter. N. ex aduerſo procurator prædictus ibidem ut præmittitur præſens, & nomine quò ſuprà procuratorio iudicialiter comparens præfato libello pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa ſuperius ut præmittitur dato non fore reſpondendum, neque item deſuper conteſtandum obſtantibus exceptiombus, aliàs ſuperius in huiuſmodi cauſa pro parte ſua ultimò datis, exhibitis, & productis, allegando dixit & allegauit. Extunc D. Epiſcopus iudex & commiſſarius uel Auditor memoratus ad dicti magiſtri. N. procuratoris inſtantiam ſupradictum magiſtrum. N. ex aduerſo procuratorem præſentem audientem, & ut apparuit intelligentem, ad reſpondendum dicto libello pro parte ipſius magiſtri. N. procuratoris oblato, litemq; deſuper conteſtandam ad ſtatim ſub excommunicationis pœna in ſcriptis monuit & requiſiuit. Qui quidem magiſter. N. procurator, metu excommunicationis & non aliàs ut aſſeruit, narrata prout narrantur in dicto libello partis aduerſæ uera non eſſe neque petita &c. dixit & allegauit.

Deinde. N. & N. procuratores admiſſi iurarunt in forma & obtinuerunt hinc inde præfigi terminum ad articulandum ad xv. diem.

Si ſunt duo libelli.

Si ſunt duo libelli.

Ex aduerſo uero procur. N. dixit non fore reſpondendum libello obſtantibus exceptionibus per eum datis.

Dominus Auditor monuit ex aduerſo procuratorem ad reſpondendum libello.

A D

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque alidari videre seu audire curant.contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi dici termino pro parte sua satisfaciendo nonnullos position. & articulos partis suæ verbo solùm & dumtaxat exhibuit, produxit, atque dedit. Protestans nihilominus eosdem velle dare latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus eandem partem aduersam ulterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi position.& articulos sic vt præmittitur in huiusmodi causa datos, exhibitos, atque productos dicere siue excipere uoluerit in quantum articuli. Necnon ad respondendum eisdem, in quantum position. existant, si ue esse censeantur per aliquem ex domini nostri Papæ cursoribus citari, mandari,ad aliquem certum peremptorium terminum cõpetentem, per dominum Auditorem præfatum &c. Memoratus tunc &c. iustitia contumacem, & in eius contumaciam &c. atque concessit. Eamq; prout petita extitit decreta atque concessa,ad secundam diem iuridicam &c. sedere contigerit per quemcunque domini nostri Papæ cursorem &c. atque mandauit. Require supra.

Cõparuit in iudicio M. N.&in cont.non articulant.satisfaciẽdo termino dedit articulos verbo sal uo obtinens ad dicendũ.con.ad ij. diem.p.q.c.

Et partis sibi &c. vt su. & in eius contumaciam huiusmodi dici termino pro se, parteq; sua satisfaciendo omnes & singulos positiones & articulos pro parte sua in prioribus,vel priori huiusmodi causę instantijs, uel instan. datos,exhibitos,& productos in quantum tamen pro se & dicta parte sua, & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant seu quomodolibet facere videantur, & non aliàs hic repetijt. Illosq; de nouo verbo solũ, & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit. Et insuper nonnullos alios positiones & articulos de iure partis suę verbo solùm & dumtaxat exhibuit atque produxit.Cum protestatione de dando eosdem, latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus eãdem partem aduersam,vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis cõtra dictos positiones & articulos sicvt prefertur repetitos &c. vt supra.

Cõparuit &c. in cõt. partis aduerse non articulãtis satisfaciendo termino repetijt articulos in prioribus vel priori instan. datos in quantũ &c.dans alios uerbo saluo &c. obtinens ad dicẽdum cõtra ad.i. di.p.q.c.

Et partis &c ut su Et in eius contumaciam huiusmodi dici termino pro parte sua satisfaciendo omnes & singulos positiones & articulos pro parte sua in partibus in huiusmodi causa datos, exhibitos, atque productos, in quantum tamen pro se dictaq; parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant,seu quomodolibet facere videantur,& non aliàs aliter, nec alio modo hic repetijt. Illosq; de nouo verbo solùm & dumtaxat reproduxit. Et nihilominus nonnullos alios positiones & articulos de iure partis suę verbo solùm,& dumtaxat exhibuit atque produxit.Cum protestatione de dando eosdem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis.& nihilominus &c.vt supra.

Comparuit &c. satisfaciendo termino repetijt articulos in partibus dat. dans alios verbo saluo obtinens ad dicendum cont. ad diem p.q. c.

Cõparuit &c.de dit articulos de iure partis suę facto obtinens ad dicendum cõtra ad diem p q.c.

Comparuit in iudicio. N. procurator &c. Et nonnullos positiones & articulos de iure partis suæ facto realiter, & in scriptis insi ascripti tenoris exhibuit,dedit atque produxit.Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo, vel in scriptis contra huiusmodi positiones &c.vt supra.

Cõparuit N dedit articulos fa

Comparuit in iudicio.N procurator &c. & nonnullos positiones & articulos, siue materias articulatas de iure partis suæ facto realiter & in scriptis exhibuit, atque dedit. Quos sibi ad corrigendum restitui, necnon ad

reportan-

reportandum eosdem correctos aliquem certum peremptorium terminũ competentem prefigi, statui, & assignari per Dominum Auditorem,vel Episcopum locumtenen. præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc D. Auditor siue Episcopus locumtenens præfatos positiones & articulos, sic ut præmittitur per ipsum M. N. procuratorem datos, & exhibitos eidem M.N procuratori instanti, & petenti per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum ad finem & effectum illos corrigendi,restitui,sibiq; tradi & assignari voluit,iussit,atque mandauit. Nec non eidem magistro N. ad position.& articulos huiusmodi correctos, reportandum hinc ad primam diem iuridicam &c.contigerit. vtsup. pro termino peremptorio duxit præfigendum, statuendum, & assignandnm prefixitque pariter, statuit, & assignauit. Et tunc ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus præfatos positiones, & articulos, sic vt premittitur in huiusmodi causa datos, exhibitos atque productos eidem. M.N procuratori instanti, & petenti, de mandato ipsius domini Auditoris vel Episcopi locumtenen. mihi vt præfertur desuper facto ad finem, & effectum eosdem corrigendi, ac correctos reportandi, restitui, tradidi realiter,& assignaui. Et nihilominus si præfatus. M. N. procurator antedictos position. & articulos interim reportauerit correctos eandem partem aduersam vlterius ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi positiones, & articulos sic vt præmittitur in huiusmodi causa per N. datos, & exhibitos, ac eidem ad corrigendum restitu dicere siue excipere voluerit &c. postulauit. Quam quidem citationem &c.vtsupra.

Et positiones & articulos alias sibi,partiq; suæ ad corrigendum restitutos modo vt asseruit correctos facto realiter, & in scriptis insi ascripti tenoris exhibuit,dedit,atque reportauit.

Et nonnullos positiones, & articulos, siue materias articulatas aliàs per ipsum magistrum. N procuratorem superius, vt præmittitur datos, & exhibitos, sibiq; ad corrigendum restitutos modò correctos vt asseruit facto realiter, & in scriptis reexhibuit, atque reproduxit. Quos sibi ad referendum vel ad consulendum aduocatum restitui &c. vtsup.

Et positiones & articulos aliàs pro parte sua in huiusmodi causa datos, si, & in quantum libello articulato ac positionibus & articulis additionalibus,aliàs pro dicta parte sua in hac causa dat. & exhibitis productis contrariarentur,& contradicerent. Et non aliàs expresse reuocauit, & pro reuocatis habere voluit.

Vel sic Expresse reuocando & reuocauit,habuitq;, & habere voluit eosdem pro sufficienter reuocatis.

Et ad positiones, & articulos supradictos aliàs superius, vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua datos exhibitos, & productos, nonnullos positiones & articulos additionales facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, dedit, atque produxit. Et nihilominus partem sibi in huiusmodi causa aduersam vlterius ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi position. & articulos additionales dicere siue excipere &c.

Vel sic.

Et quendam articulum correctionalem, siue correctorium positionum & articulorum per eum in huiusmodi causa superius, vt premittitur datorũ,facto realiter & in scriptis &c.exhibuit atque dedit. Et nihilominus &c.

Et positiones & articulos partis suæ aliàs per eum datos, & exhibitos, sibiq; ad corrigendum restitutos se nunc in domo habitationis suæ neglexisse

ęto obtinens restitui ad corrigẽdum ad i. diẽ & si interim reportauerit ad dicendũ contra ad eã dẽ.i. di. per q. c.

Procur.reportauit ar.vt asseruit correctos facto. Cõparuit. N. & reportauit ar.ad cor.restitut. mõ corre. vt asseruit obtinẽs ad referi bendum vel cõsulendũ aduocatũ restitui ad. i. diẽ & si interim repoitaue.ad dicendum contra ad eũdem. i. diẽ p.q c.

Procur. reuocatar. in quantũ cõ tradicunt libel. articulato & ar. addi.

Cõparuit &c.de dit articulos addi. facto obtinẽs ad dicendum cõtra ad.i.di.q p.c.

Procuraror dedit articul. correctiõ ilẽ facto &c.

Procurator allegauit vt hic.

xisse & obliuioni tradidisse, quosq; peracto prandio mihi præsentis causæ notario atque scribæ prędicto reportare, atque representare velle allegando dixit, & allegauit.

Tenor verò positionum & articulorum papiri cedulę unde supra fit mẽtio, sequitur, & est talis.

Aliquando sic.

Tenores verò positionum & articulorum additionalium vel correctionalium &c. For. Aduoc. c. xlj. 71.

AD DICENDVM CONTRA ARTICVLOS.

Comparauit & in cont. nihil dicentis contra articulos obtinuit ad producendũ omnia ad ij. d. ꝓ. q. c.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparen. neque quicquam verbo vel in script. contra position. & articulos vltimò superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua datos, exhibitos, atque productos (repetitos) dicere siue excipere, in quantum articuli. Neque eisdem in quantum positiones existant, siue esse censeantur respondere curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam vlterius ad producendum & exhibendum, produciq; & exhiberi videndum &c. vt infra.

Cõparuit. N. ex aduerso satisfaciendo termino ad dicendum cõtra articulos, repetijt omnes exceptiones aliàs ĩ hmõi causa datas obtinẽs ad dicẽdum cont. ad i. de.

Aliquando sic. & in eius contumaciam huiusmodi dieĩ termino pro parte sua satisfaciendo contra positiones & articulos aliàs pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa in hac causa datos, exhibitos, atque productos: omnesq; & singulas exceptiones tam generales quàm articulares aliàs in huiusmodi causa pro parte sua datas, exhibitas, & productas, inquantum tamen pro se dictaq; parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciãt, aut quomolibet facere videantur & non aliàs aliter nec alio modo hic repetijt. illosq; de nouo verbo solùm & dumtaxat exhibuit, atque produxit. Cum protestatione de dando & exhibendo alios facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad producendum vt infra.

Cõparuit. N. & dixit gñalia contra articulos saluo &c. obtinens ad producendũ omnia ad. i. dic.

Vel sic & in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo contra positiones & articulos aliàs vt præfertur in huiusmodi causa pro parte aduersa datos, exhibitos atque productos generaliter verbo solùm & dumtaxat dixit, atque excepit. Protestans nihilominus de dicendo & excipiendo contra eosdem latius facto realiter & inscriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad producendum ut infra. Continetur superius.

Vlterius ad producendum & exibendum, produciq; & exhiberi videndum omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, & instrumenta iura, & munimenta, quæcunque quibus partes in huiusmodi causa vti, & se iuuare uoluerit per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari, mandari ad aliquem certum peremptorium terminum cõpetentẽ: Quem etiam sibi &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam &c. concessit ad primam &c. contigerit &c. per. q. c. &c. mandauit. Eundem etiam terminum, &c. vt supra.

Cõparuit N. & contra articulos dixit generalia Saluo &c.

Vel sic Et contra. N. aduersus position. & articulos superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte aduersa dat. exhibitos, atque productos generaliter, verbo solùm & dumtaxat, cum protestatione de dicendo & excipiendo latius contra eosdem position. & articulos facto realiter verbo, & inscriptis suis loco & tempore congruis & opportunis excipiendum duxit, atque excepit.

De

DE ADMISSIONE ARTICVLORVM: ET materiarum articulatarum.

Cõparuit. N et in cont. obtinuit articulos ad probãdum admitti in curia solùm ad xv. dies. Saluo etc. retent etc. ꝑsẽtibus etc.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque position. & articulos siue materias articulatas superius vt præmittitur pro parte ipsius M. N. procuratoris in huiusmodi causa datos, exhibitos, atque productos, ac se & partem suam ad probãdum eosdem, seu easdem in Ro. extra eam, & ad partes admitti, remissionemq; desuper in forma solita & consueta decerni & concedi, videre seu audire, nec aliquam causam rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegare curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam præfatos positiones, & articulos, ac se & partem suam ad probandum eosdem siue easdem ia Rom. cur. extra eam & in partibus admitti, remissionemque desuper in forma solita & consueta decerni & concedi per D. Auditorem &c. postulauit. Memoratus tunc. D. Auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam præfatos positiones & articulos, & eundem. Ma. N. procuratorem instantem & petentem, partemq; suam prędictam ad probandum eosdem in dicta Ro. cu. solùm & dumtaxat infra quindecim dies, vel infra octo dies proxime & immediatè sequen. vel hinc ad secundam diem iuridicam &c. contigerit.

Saluo iure impertinentium & non admittendorum positionum & articulorum eorundem more solito admittendum duxit, & admisit. Retenta nihilominus sibi potestate plenaria dictos positiones, & articulos extra dictam Ro cu. & ad partes ad probandum admittendi, remissionemq; desuper decernendi & concedendi, si sibi in posterum placuerit & videbitur expedire. Præsentibus ibidem discretis viris magistris. N. & N. notarijs publicis, dictiq; domini Auditoris, & coram eo scribis clericis. N. et N. dioœce. testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque voluntatem et ordinationẽ ipsius domini Auditoris de et super admissione vel repulsione positionum et articulorum pro parte ipsius domini N. principalis vt præmittitur in huiusmodi causa datorum exhibitorum et productorum audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam. vt supra.

Procur. dixit ut hic.

Comparuit procurator etc. Et quod ipse magister N. ex aduerso procurator positiones et articulos pro parte sua superius vt præmittitur datos, malitiosè et ad protrahendum causam huiusmodi dedit, quare eos ad probandum non debere admitti dixit et allegauit. Et tunc dominus Auditor memoratus post dictorum procuratorum hincinde altercationem. Recepto tamen prius magistro. N. procuratore prædicto iuramento in manibus eius corporaliter præstito quod positiones suos et articulos pro parte sua in huiusmodi causa datos, et productos malitiose et protrahendum causã huiusmodi non dederit, positiones et articulos huiusmodi ac eũdem magistrum. N. partemq; suam ad probandum eosdem in Roma. cur. etc. vt supra.

Dñs præstito iuramento ꝑ procuratore ut hic admisit artic. sal uo etc.

Et supradicto magistro. N. ex aduerso procuratore præsente, audiente, et vt apparuit intelligente, supradictos positiones et articulos pro parte ipsius magistri. N. procuratoris superius in huiusmodi causa datos, exhibitos, atque productos, ac se, et partem suam prædictam ad probandum eosdem in Roma. cu. extra eam et in partibus admitti, remissionemque desuper in forma solita et consueta decerni et concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus

Cõparuit N. et ꝑsente ex aduerso ꝓcuratore obtinuit articulos admitti in cu. infra xv. dies saluo etc. retenta etc. ꝑ

sentibus &c.

nus Auditor ad ipsius magistri. N. procuratoris instan. præfatos positiones & articulos,ac eundem magistrum. N. procuratorem instan.& petentem partemq; suam prefatam ad probandum eosdem in Ro. cu. solum & dumtaxat infra xv. dies ex tunc proximè & immediatè sequen. præfato magistro. N. procuratore ex aduerso ibidem adhuc sic vt præmittitur presente, audiente,& vt apparuit intelligente.

Saluo &c.

Saluo iure impertinentium & non admittendorum &c.

Idem magister. N. petijt articulos suos admitti.

Comparentibus in iudicio &c. sedeñ. quibus supra procuratorijs idem magister.N.procurator in præfati magistri.N. procuratoris præsentia, supradictos position. & articulos pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datos,exhibitos,atque productos:ac se,& partem suam ad probandum eosdem in Ro.cu extra eam & in partibus admitti, remissionemq; desuper in forma solita & consueta decerni, & concedi per. D. Auditorem præfatum &c.postulauit. Ex aduerso verò ma. N. ex aduerso procurator prædictus, ibidem adhuc vt præmittitur præsens, & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens positiones & articulos non fore admittendos,nisi primitus & ante omnia dicta pars sibi in huiusmodi causa aduersa eosdem positiones,& articulos medio suo iuramento dederit,allegando dixit & allegauit.

Ex aduerso pro curator dixit articulos nō debere admitti allegando & infra.

Vel sic:positiones & articulos pro dicta parte sibi in huiusmodi causa aduersa sic vt præfertur datos,exhibitos fore & esse obiectiuos,& extra termi-num datos, quare minimè admitti debeant allegando dixit, & allegauit. Ex tunc dominus Auditor surrogatus, memoratus positiones & articulos huiusmodi videre, & desuper deliberare velle, respondendo dixit, & respondit.

Ex aduerso dixit sibi terminū fore ꝓrogatum ad i. diē ad dicēdum cōtra articulos quare nō debent admitti huiusmodi termino penden.

Vel sic. Viceuersa verò idem magister. N.procurator iudicialiter comparens dixit sibi terminum ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel inscriptis contra huiusmodi positiones & articulos dicere, siue excipere voluerit, hinc ad primam diem iuridicam proximè & immediatè sequen. qua eundem dominum Auditorem præfatum Romæ apud sanctū Petrum &c. sedere contigerit fore prorogatum. Quare huiusmodi positiones & articuli penden. huiusmodi termino sibi prorogato ad probandum admitti non debeant,allegandum dixit,& allegauit.

Ex aduerso. N. dixit vt hic.

Vel sic. Ex aduerso verò &c iudicialiter comparens præfatos positiones & articulos non fore admittendos , nisi primitus & ante omnia suis exceptionibus contra eosdem positiones & articulos, vt præmittitur pro parte sua datis exhibitis & productis, examinatis & discussis allegando dixit, & allegauit.Tandem dominus Auditor præfatus post diuersas altercationes hinc inde inter eosdem procuratores siue inter easdem partes habitas & factas, ac eundem magistrum.N. procuratorem instantem & petentem,partem suam præfatam ad probandum eosdem in Ro.cu.solùm & dumtaxat infra xv.dies proximè & immediatè sequen.Saluo iure &c. Retēta &c. Præsentibus &c. vt supra.

Tandē dñs post diuersas altercationes inter partes factas admisit articulos i no ma.cu infra xv. di.saluo.&c. retēta &c. Præsentibus &c.

Comparuit &c. procurator nomine quo supra procuratorio, & positiones & articulos vltimò pro parte sua in huiusmodi causa datos,iuxta & secundùm informationem sibi à principali suo datam per iuramētum quod propter hoc ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus. Vel sic. Ad mandatum ipsius domini Auditoris in manibus mei notarij tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelica corporaliter præstitit per verbum credit esse veros sublatis tamen contrarietatibus,si quæ in eisdem reperiantur.

Comparuit magister. N.procurator & dedit articulos partis suæ medio eius iuramento.

Cōparuit.D. N. Cōparuit &c.dominus.N. principalis &c.citra &c.Et position. & articulos

los exceptiones ac materias articulatas de iure suo in huiusmodi causa dat per iuramentum quod propter hoc,vt sup.in præcedenti reperiatur.

Comparuit procurator &c. & supradictum dominum N. ex aduerso principalem ibidem presentem,audientem,& vt apparuit intelligentem ad dandum & exhibendum position. & articulos pro parte sua vltimò superius,ut præmittitur in huiusmodi causa datos, & exhibitos per iuramentū per ipsum ob hoc desuper præstandum sub pœna excommunicationis cogi & compelli per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magistri.N. procuratoris instan. dictum dominum N. ex aduerso principalem ibidem præsentem &c ad dandum & exhibendum dictos positiones & articulos pro parte sua superius vt præmittitur datos, & exhibitos , per iuramentum sub prædicta excommunicatonis pœna compellendum duxit,& cogendum,compulitq; pariter,& coegit. Qui dum sic ut præmittitur per dominum auditorem compulsus fuerat, statim & in cōtinenti metu excommunicationis ut asseruit,& non aliàs,positiones & articulos ut in præcedenti.

principalis &dedit articulos de iure suo medio suo iuramen.

Cōparuit magister. N. procurator & obtinuit cōpelli dñm. N. ex aduerso principalem ad dandum articulos suos ꝑ iuramentū, qui per dñm cōpulsus metu excōmunicationis & non aliàs dedit illos ꝑ iuramentū q̄ præstitit ī manibus D. Auditoris.

AD PRODVCENDVM OMNIA.

Procurator in contumaciā nō producentis oīa ꝓduxit iura verbo saluo obtinens ad dicēdū contra ad ij. diē.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis,neque omnia & singula acta,actitata, literas, scripturas, processus, priuilegia, instrumenta , iura , & munimenta quæcunque & quibus partes hincinde in huiusmodi causa vti & se iuuare uoluerint producere & exhibere , aut ex aduerso produci & exhiberi videre seu audire curantis contumaciam accusauit,ipsamq: contumacem reputari . Et in eius contumaciam huiusmodi dici termino pro parte sua satisfaciendo nonnulla iura & munimenta partis suæ prædictæ verbo solùm exhibuit , dedit , atque produxit. Protestans de dando ea latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore cōgruis & opportunis.Et nihilominus &c. ut infra.

In cōt. partis aduersæ nō producent. oia satisfaciēdo termino repetijt oīa iura in priori instan. data dedit alia ꝟbo saluo &c. obtinens ad dicendum contra ad ij. diē.p.q.c.

Repetitio iurium siue processus.

Et in eius contumaciam huiusmodi dici termino pro parte sua satisfaciēdo omnia & singula acta,actitata,literas,scripturas,processus,instrumēta,priuilegia, iura,& munimenta quęcunque in prioribus huiusmodi causæ instantijs,vel sic in partibus habita,facta,exhibita, & producta, inquantum tamen pro se parteq; sua prefata & cont. partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant , seu quomodolibet facere uideantur,& non aliàs aliter, nec alio modo de quo protestatus fuit & protestabatur expresè hic repetijt . Illosq; illas & illa de nouo uerbo solùm & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit,& insuper nonnulla iura & munimenta partis suæ verbo solùm & dumtaxat exhibuit atque produxit. Protestans eandem dare velle latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis m opportunis.Et nihilominus eandem partem aduersam vt infra.

Et in eius contumaciam huiusmodi dici termino pro parte sua satisfaciendo omnia N.singula acta,actitata,literas,scripturas,processus,instrumenta,priuilegia, iura, & munimēta, quecunq; in partibus ꝑ parte sua in hmōi causa habita, exhibita,& producta,inquantum tamen pro se & parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam,& non aliàs aliter,nec alio modo de quo protestatus fuit & protestabatur expresè hic repetijt,illosq; & illa de nouo verbo solùm & dumtaxat reexhibuit,& reproduxit . Et insuper nonnulla alia iura partis suę verbo solùm & dumtaxat cum protestatione de dando ea latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis.Et nihitominus &c.vt infra.

Et

In contumaciã partis aduersæ non producẽtis oĩa satisfaciẽdo termino ꝺdit iura partis suæ facto obtinens ad dicẽdum contra ad ij. diẽ. p.q.c.

Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo nonnulla iura N. munimenta, videlicet quasdam literas Apostolicas gratiæ expectatiuæ præfato domino. N. principali suo per sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum Iulium diuina prouidentia Papam secundum gratiosè factas & concessas, vnam videlicet gratiosam cũ filijs sericeis rubei croceiq; coloris. Aliam verò executoriam cum cordula canapis veris libellis plumbeis dicti domini Papæ more Romanæ curiæ impenden. bullatas, sanas, integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione, vt in prima facie apparebat carentes. Necnon quendam processum desuper decretum & fulminatum signo & subscriptione solitis discreti viri N. clerici. N. diœce. publici, Imperiali & Apostolica, autoritatibus notarij signatum & subscriptum, ac sigillo oblongo vel rotundo Reuerendi patris & domini N. Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopi. N. vnius executorum in dictis literis Apostolicis deputatorum ceræ rubeæ impressa in capsula ferrea vel lignea vt apparebat sigillatum atque munitum. Necnon etiam duo instrumenta publica, vnum videlicet acceptionis & prouisionis de parrochiali ecclesia. N. diœce. dicto suo principali & per eum respectiuè factam. Aliud verò insinuationis & publicationis, acceptationis & prouisionis huiusmodi per discretum virum. N. clericum. N. diœce. publicum imperiali autoritate notarium, vt prima facie apparebat, subscripta & signata facto realiter et in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, deditq;, atque produxit.

Et nihilominus dictam sibi in huiusmodi causa aduersam ulterius ad dicendum, et excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi iura et munimenta sic vt præmittitur data, exhibita, producta, et repetita, vel data et exhibita et producta, dicere siue excipere voluerit per aliquem. D. nostri Pa. cursorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per Dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus etc. contumacem. Et in eius contumaciam etc. decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit, decreta atque concessa ad secundam diem iuridicam etc. sedere contigerit per quemcunque domini nostri Papæ cursorem, qui desuper legitimè requisitus fuerit peremptoriè fieri voluit, iussitq; pariter, et mandauit.

AD DICENDVM CONTRA PRODVCTA.

Comparuit etiã cont. nihil dicentis contra producta obtinuit ad declarandum, et iurandũ de calũnia ad. i. di. p q.c.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non cõparentis, neque quicquã verbo vel in scriptis contra iura, et munimenta sic vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua data, exhibita, producta, ac repetita, dicere siue excipere curantis, contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam vlterius ad declarandum, et ex aduerso declarari uidendum quicquid verbo vel in scriptis partes hinc inde declarare voluerint in huiusmodi causa. Necnon ad iurandum deliberandum, iurariq, et deliberari videndum de calumnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus, et singulis clausulis et capitulis in et sub calumniæ iuramento cont. et comprehensis de et super tota causa præsenti per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiam sibi etc. et assignari per Dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc etc. contumacem. Et in eius contumacia etc. citationem etc. decreuit atque concessit. Eamque prout petita extitit decreta atque

ta atque concessa ad primam &c. sedere contigerit per quencunque &c. atque mandauit. Eundem etiã terminũ &c. duxit præfigendũ &c. vt su. Comparuit ī iudicio & accusauit cont. nihil dicentis contra ꝓducta.

Et partis sibi in huiusmodi causa adnersæ non comparentis, neque quicquam verbo uel in scriptis contra iura. & munimenta, sic ut præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua ultimò data, exhibita, & producta dicere siue excipere vt asseruit curant. contumaciam accusauit, ipsamque contumacem reputari per dominum Auditorem præfatum &c. postulauit. Memoratus &c. reputauit contumacem.

Et contra iura & munimenta vltimò pro parte sibi aduersa in huiusmodi causa ut præmittitur data, exhibita & producta, uel repetita generaliter verbo solùm & dumtaxat excipiendum duxit atque excepit. Cum protestatione de dicendo & excipiendo contra eadem iura & munimenta latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Generalia contra producta.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque quicquam verbo vel in scriptis &c. ut supra postulauit. Memoratus tunc dominus &c. reputauit contumacem. Comparuit ī iudicio & accusauit cont. nihil dicentis contra ꝓducta,

AD DECLARANDVM ET IVRANDUM de calumnia.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque quicquã verbo vel in scriptis in huiusmodi causa declarare aut ex aduerso declarari, videre seu audire curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari per dominum Auditorem prefatum debita cum instantia postulauit. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se pro præsenti in huiusmodi causa nil declarare uelle allegando dixit & allegauit. Memoratus tunc &c. contumacem. Comparuit ī iudicio. M. N. & in contumaciã nihil declarãtis dixit se pro prẽsenti nihil velle declarare.

In super idem N. ibidem adhuc præsens &c. iudicialiter comparens partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis. Neque aliquod solitum & consuetum in huiusmodi causa calumniæ iuramentum cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis præstare, aut ex aduerso præstari, videri seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se ad præstandum in huiusmodi causa solitum & consuetum calumniæ iuramentum cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis ut præmittitur & comprehensis recipi & admitti per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam præfatum magistrum. N. procuratorem vel. N. principalem instan. & peten. ad præstandum solitum & consuetum in huiusmodi causa calumnię iuramentum cum dict. suis clausulis & capitulis in & sub calũniæ iuramento contentis admittendum duxit, & admisit. Qui quidem magister. N. procurator, vel D. N. principalis, dum sic per. D. Audi. admissus fuerat, statim & in continenti ad mandatum ipsius. D. Audi. & in eius manibus tact. per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis solitum & consuetum præstitit calumniæ iuramentum, præsentibus ibidem &c. Insuper idẽ. N. in contumaciã partis aduersæ non iurantis de calumnia ꝑ dominũ admissus iurauit ī forma tact. præsentibus &c.

Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo loco declaration. omnes & singulos posituones & articulos necnon Satisfaciendo termino repetijt

D iura

omnia ꝓducta in causa ista loco declarationū in quātum &c. & dixit se non velle declarare obtinens ad dicendum cont. iurā repeti.ad.i. di.p.q.c.

iura & munimenta quæcunque pro parte sua in huiusmodi causa quolibet data, exhibita atque producta. In quantum tamen pro se faciant & dicta parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam, & non aliàs aliter, nec alio modo, de quo protestatus fuit & protestabatur expresse hic repetijt illos & illa de nouo verbo solùm & dumtaxat reexhibuit & reproduxit. Et nihilominus se in huiusmodi causa pro præsenti nil aliud velle declarare allegando dixit & allegauit. Et nihilominus dictam partem aduersam vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi iura & munimenta sic vt præmittitur loco declarationum repetita, data, exhibita, atque producta dicere siue excipere voluerit per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competen. per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus &c. vt infra.

Comparuit & ī contumaciā nō declarantis dixit pro præsenti non uelle declarare obtinēs ad concludendum ad.j diem vel ad statim.p.q.c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque quicquam verbo vel in scriptis in huiusmodi causa declarare, aut ex aduerso declarari videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se pro præsenti nil plus quàm superius declaratum est velle declarare allegando dixit & allegauit. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad concludendum in huiusmodi causa aut ex aduerso concludi videndum vel dicendum, & causam si quam habeat rationabilem quare in huiusmodi causa concludi non debeat allegandum, per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competen. Quem etiam sibi &c. postulauit. Memoratus tunc &c contumacem. Et in eius contumaciam &c. concessit. Eamque prout petita extitit decreta atque concessa ad primam diem &c. vel ad statim per quencunque domini nostri papæ cursorem &c. atque mandauit. Eundem etiam terminum &c. præfixit, statuit, & assignauit. vt supra.

DE REITERATIONE TERMINORVM.
In contumaciam partis aduersę.

Relatione facta comparuit ī eodem iudicio magister. N. et in cō tumaciā admissus per dñm reiterat oēs terminorum vim bullę.

ET partis &c. Neque omnes & singulos terminos substantiales de stilo, more, vsu, & obseruantia sacri palatij Apostolici causarum seruari solitos in huiusmodi causa tentos reiterari, eosq; de nouo simul & semel ac vnico & eodem cōtextu seruare, aut ex aduerso seruari & reiterari videre seu audire curant. contumaciam accusauit, eamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam se ad reiterandum terminos huiusmodi iuxta & secundùm quandam constitutionem Re. patribus dominis sacri palatij Apost. causarum Auditoribus per se. re. Innoc. Papam viij. concessam & factam, vel secundùm supradictæ ipsi. D. Auditori superius vt præmittitur factæ & præsentatæ commission. dependen. vim, formam, & tenorem admitti per. D. &c postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam supradictum. D. N. procuratorem instan. & peten. ad reiterationem & terminorum substantiaium huiusmodi simultaneam obseruationem iuxta prædictæ constitutionis vel commission. dependen. vim, formā, continentiam & tenorem admittendum duxit & admisit. Qui dum sic admissus fuerat statim & in continenti in ipsum. D. Auditorem tanquam iudicem, sibi partiq; suæ competentem, eiusq; iurisditionem expresse consentiendum duxit, & consensit.

Et

Reiteratio termi ni ad dicendum contra commissionem.

Et nihilominus partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis: Neque quicquam verbo vel in scriptis contra commissionem aliàs superius vt præmittitur ipsi D. Auditori in hac causa factam & præsentatā, dicere siue excipere curan. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam sibi partiq; suæ necnon parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licèt absenti ad dandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum libellum siue summariam in hmōi causa petitionē aliquē certum peremptorium terminū competentem præfigi, statui & assignari per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam terminum proximè præpetitum ad prę narratum actum faciendum dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ, necnon dictæ parti aduersæ licèt absenti, ad statim uidelicet ad hanc horam audientiæ causarum præsentis diei antequam ipsum dominum Auditorem de loco suo iudiciali recedere contingat, peremptoriè præfigendum, statuendum, duxit & assignandum, præfixitq; pariter statuit & assignauit.

reiteratio termi ni ad libellādū.

In quo quidem termino idem magister. N. procurator adhuc ibi præsens &c. iudicialiter comparens partis &c. Neque libellum siue summariā in huiusmodi causa petitionem dare, aut ex aduerso dari, videre, seu audire curantis contumaciam accusauit, eamq; cont. reputari. Et in eius cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem uerbo solùm & dumtaxat exhibuit atque dedit, protestans eundem siue eandem latius dare uelle facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. Et nihilominus sibi partiq; suæ necnon parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licèt absenti vel prę senti vlterius ad ponendum & articulandum, poniq; & articulari videndum in huiusmodi causa aliquem certum peremptorium terminum competen. præfigi &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. vt supra. vtque assignauit.

reiteratio termi ni ad articulandum.

Quo facto idem magister. N. procurator ibidem adhuc &c. partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos positiones siue articulos dare, aut ex aduerso dari, uidere seu audire curantis contumaciā accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo omnes positiones & articulos pro parte sua in præsenti causa, tam in præsenti quàm prioribus, vel prioribus huiusmodi causę instan. datos exhibitos atque productos cum omnibus, & singulis eorum probationibus. In quantum tamen pro se, parteq; sua & contra partem, sibi in huiusmodi causa aduersam faciant & non aliàs aliter, nec alio modo hic repetijt, eosq; de nouo verbo solùm & dumtaxat iudicialiter reproduxit, ac etiam nonnullos alios positiones & articulos verbo solùm & dumtaxat exhibuit atque dedit, protestans eosdem dare velle latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licèt absenti ad dicendum & excipiendum &c. in huiusmodi causa repetitos, datos, exhibitos, atque productos, dicere seu excipere voluerit in quantum articuli, necnon ad respondendum eisdem inquantum positiones existant, siue esse censeantur &c. aliquem certum peremptorium &c. postulauit. Memoratus etc. contumacem. Et in eius cont. terminum proximè præpetitum ad prænaratum actum faciendum dictæ parti aduersæ, licèt absenti ad statim &c. assignauit.

Deinde dictus magister. N. procurator &c. comparens. Et partis &c. Neque quiquam verbo vel in scriptis contra position. & articulos pro parte

tra articulos. sua in huiusmodi causa datos, exhibitos & repetitos dicere siue excipere, in quantum articuli neque eisdem in quantum positiones existant, siue esse censeantur respondere curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem deputari. Et in eius contumaciam sibi partiq; suæ, necnon parti sibi in huiusmodi causa aduersę licèt absenti ad producendum & exhibendum, exhiberiq; & produci videndum omnia & singula iura & munimenta, quibus partes hinc inde in hac causa vti, & se iuuare, ac defendere voluerint aliquem certum peremptorium &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam terminum proximè &c. faciend. dicto magistro. N procuratori instan. & peten. partiq; suæ, nec non parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licèt absenti ad &c. assignauit.

Reiteratio termini ad producendum oĩa.

Huiusmodi siquidem termino adueniente dictus magister. N. procurator &c. comparens partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliqua iura & munimenta in huiusmodi causa dare aut ex aduerso dari, videre, seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; cõtumacem reputari. Et in eius contumaciam hmõi diei termino pro parte sua satisfaciendo oĩa & singula iura & munimenta aliàs pro parte sua in hmõi causa, tam in prioribus quàm præsenti instan. data exhibita & producta. In quantũ tamen etc. hic repetijt eaq; de nouo verbo solùm dumtaxat reexibuit: atq; reproduxit, ac etiam nonnulla alia iura et munimenta verbo solũ et dumtaxat reexhibuit, dedit, atq; dixit protestans eadem dare uel ie latius facto et in scriptis suis loco et tempore congruis et opportunis. Et nihilominus parti sibi in hmõi causa aduersæ licèt absenti ad dicendum et excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra iura et munimenta sic vt præmittitur pro parte sua in huiusmodi causa data, exhibita atque producta et repetita dicere siue excipere voluerit aliquem certum etc. postulauit. Memoratus etc. contumacem. Et in eius cont. terminum proximè etc. faciendum dictæ parti aduersæ licèt absenti ad statim etc. assignauit.

Reiteratio termini ad dicẽdũ cõtra producta.

Quo quidem termino adueniente prefatus magister. N procurator adhuc etc. comparens, partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque quicquam verbo vel in scriptis contra iura & munimenta pro parte sua in hac causa producta & repetita dicere siue excipere curan. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam sibi partique suæ nec non dictæ parti aduersæ licèt absenti ad declarandum & declarari videndum quicquid verbo vel in scriptis in hac causa declarare voluerint nec non ad iurandum & deliberandum, iurarique & deliberari videndum de calumnia vitanda, & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis, de & super tota causa præsenti aliquem certum peremptorium terminum &c. postulauit. Memoratus tunc &c contumacem. Et in eius contumaciam terminum proximè præpetitum &c. faciendum dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti, partique sue. Necnon dictæ parti sibi in huiusmodi causa aduersæ, licèt absenti ad statim etc. assignauit

Reiteratio termini ad declarandum.

Aduenien. verò huiusmodi termino dictus magister. A procurator adhuc ibidem etc. comparens dictæ partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis neque quicquam verbo vel in scriptis in hac causa declare, aut ex aduerso declarari, uidere, seu audire curantis, contumaciam accusauit. ipsamq; contumacem reputari per dominum etc. postulauit. Et in eius cont huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se pro presenti in huiusmodi causa nil declarare velle allegando dixit et allegauit. Memoratus tunc etc. contumacem.

Tandem

Tandem supradictus magister &c. comparens partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis. Neque aliquod solitum calumniæ iuramentum in hac causa præstare, aut ex aduerso præstari videre &c. vtsupra. in termino ad iurandũ de calumnia vsque præstitit calumniæ iuramentũ.

Reiteratio termini ad iurandũ de calũnia.

Nota: si termini substantiales obseruantur vnico cõtextu vnicaq;, & eadem audientia, dimitte verbum reiterationem, loco cuius pone obseruationis aliàsq; iuxta formam præinserta m continua.

Quãdo termini obseruãtur vnico contextu.

Si verò termini reiterantur ex aduerso principali vel procuratore presente, tunc adde quando petitur præfigi aliquis terminus, licèt presenti, & quando reputatur contumax. Memoratus tunc dominus Auditor dictam partem aduersam licèt presentem, non tamen huiusmodi dici termino &c. & sic de alijs continuando.

Quãdo termini reiterãtur ex aduerso presẽte & in contumaciã.

Reiteratio terminorum hincinde procuratoribus presentibus.

Procuratores hincide obtinuerunt se admitti ad reiterationẽ terminorum.

Comparuerunt &c. in iudicio &c. magistri N. & N. procuratores præfati nominibus hinc inde quibus supra procuratorijs omnes, & singulos terminos substantiales de more stilo, & obseruantia sacri palatij causarum Apostolici obseruari solitos, in huiusmodi causa tentos seipsos simul & semel ac vnico & eodem contextu velle reiterari obtulerunt, & quilibet eorum ad hęc se sponte obtulit. Et in ipsum dominum Auditorem tanquam iudicem eis, & eorum cuilibet partibusque suis competen eiusq; iurisdictionem publicè & expresè consentientes ijdem procuratores se & coram quẽ libet ad omnium & singulorum terminorum substantialium de more, stilo, obseruantia, & consuetudine Ro.eu & sacri palatij Apostolici causarũ obseruari solitorum in huiusmodi causa tentorum & seruatorum simul, & semel ac vnico eodem contextu de expresso ipsorum hincinde procuratorum consensu reiterationem admitti per Dominum &c. postulauit. Memoratus tunc D. Auditor dictos magistros. N. & N hinc inde procuratores ibidem præsentes ad reiterationem omnium, & singulorum terminorum substantialium simul, & semel ac vnico & eodem contextu de expresso ipsorum hinc inde procuratorum consensu admittendum duxit, & admisit. Qui quidem procuratores dum sic admissi fuerant, præfatus. Ma N. procurator ibidem adhuc presens &c. comparens supradicto magistro. N. ex aduerso procuratori ibidem præsenti audienti, & vt apparuit intelligenti ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradictam ipsi D. Auditori factam, & presentatam commissionem dicere siue excipere voluerit aliquem certum peremptorium terminum com petentem prefigi &c. postulauit. Quem quidem terminum proximè prepetitum ad prenarratum actum faciendum D. Auditor prefatus ad supradicti magistri N. procuratoris instantiam præfato magistro. N ex aduerso procuratori ibidem vt præmittitur præsenti audienti, & vt apparuit intelligenti ad statim &c. assignauit. Ex aduerso idem N. & N. ex aduerso procurator adhuc &c. comparens contra supradictam ipsi D. Auditori factam, & presentatam commissionem verbo solùm & dumtaxat generaliter excipiendum duxit & excepit, protestans nihilominus de latius excipiendo contra eandem facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. Quo facto ijdem magistri. N. & N. hincinde procuratores ibidem adhuc presentes nominibus quibus supra procuratorijs iudicialiter comparen. eis & eorum cuilibet ad dandum & recipiendum, darique & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionẽ aliquem certum peremptorium &c prefigi &c. postulauit. Quem quidem terminum ad prenarratum actum faciendum. D. Auditor prefatus di-

ctis procuratoribus inſtan. & peten. ad ſtatim &c. aſſignauit. In quo quidem termino comparentibus in eodem iudicio coram. D. Auditore præfato ibidem adhuc prout vbi ſup. loco & præallegatis &c. ſeden. Ma. N. & N. hinc inde procuratoribus prædictis nominibus quibus ſu. procuratorijs, ijdem procuratores termino huiuſmodi pro ſe partibus ſuis ſatisfaciendo nonnullos libellos ſiue ſummarias petitiones in huiuſmodi cauſa exhibuerunt atque produxerunt, & quilibet eorum libellum ſuo verbo & dumtaxat obtulit atque dedit. Proteſtan. tamen latius dare velle eoſdem facto realiter & in ſcriptis ſuis loco &c. opportun. Et nihilominus eis & eorum cuilibet ad ponendum & articulandum', poniq́ue & articulari videndum in huiuſmodi cauſa certum peremptorium terminum competen. &c. ad ſtatim &c. aſſignauit. Quibus parctis comparen. in iudicio &c. Magiſtris N. & N. procuratoribus hincinde nominibus quibus ſeu procuratoriis, iidē procuratores & quilibet eorum nonnullos poſitiones & articulos pro partibus eorum reſpectiuè verbo ſolùm dumtaxat exhibuerunt atque dederunt, & quilibet eorum exhibuit atque dedit promiten. hinc inde ſe coſdē daturos facto &c. opportun. Memoratus tunc &c. dictis procuratoribus hincinde inſtan. & peten. eis & eorum cuilibet ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra huiuſmodi poſition. & articulos reſpectiuè dicere ſiue excipere uoluerint, inquantum articuli, necnon ad reſpondendum eiſdem in quantum poſitiones exiſtant, ſiue eſſe cenſeantur ad ſtatim &c. tanquam ad peremptorium terminum competentem præfigendum &c. aſſignauit. Eo quoque termino occurren. compariuerunt in eodem iudicio &c. magiſtri. N. & N. procuratores &c. quilibet eorum contra poſitiones & articulos partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ, verbo ſolùm & dumtaxat reſpectiuè generaliter excipiendum duxit & excepit cum proteſtation. de latius &c. opportun. Memoratus tunc dominus Auditor dictis procuratoribus hincinde inſtan. & peten. & eorum cuilibet ad producendum &c. ut ſupta certum peremptorium terminum cōpetentem ad ſtatim &c. aſſignauit. In quo quidem termino comparentibus in eodem indicio &c. magiſtris. N. & N. procuratoribus &c. iidem Procuratores omnia ſingula iura & munimenta pro partibus ſuis in hac cauſa dat. verbo ſolùm & dumtaxat exhibuerunt & produxerunt & quilibet eorum exhibuit atque produxit. Cum proteſtatione tamen &c. opportunis. Memoratus tunc dominus Auditor dictis procuratoribus hinc inde inſtan. & peten. ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra iura & munimenta huiuſmodi dicere ſiue excipere voluerint certum peremptorium terminum &c. ad ſtatim &c. aſſignauit. Termino vero huiuſmodi adueniente comparen. in eodem iudicio magiſtris. N. & N. &c. ijdem procuratores & eorum quilibet contra iura & munimenta pro parte ſibi aduerſa data, exhibita, & producta verbo ſolùm & dumtaxat generaliter excipiendum duxit & excepit, proteſtans de latius &c. opportun. Tandem verò dominus Auditor memoratus dictis procuratoribus hinc inde inſtan. & peten. ad declarandum quicquid partes hinc inde in huiuſmodi cauſa declarante voluerint ad ſtatim &c. tanquam ad certum peremptorium terminum competen. &c. aſſignauit. Quo ſi quidem termino adueniente compariuerunt iudicialiter coram eodem domino Auditore &c. ſeden. magiſtri. N. & N. &c. & nihil aliud quàm ſuperius declaratum eſt ſe velle declarare allegando dixerunt, & quilibet eorum allegando dixit & allegauit. Tandem comparen. in eodem iudicio magiſtris. N. & N. procuratoribus huiuſmodi termino ſatisfaciendo. Et ad præſtandum ſolitum & conſuetum in huiuſmodi cauſa calumniæ iura-

mentum

mentum &c. poſtulauerunt. Ex tunc dominus &c. calumniæ iuramentum vt ſupra.

IVRAMENTVM IN SVPPLEMENTVM vel defectum probation.

ET partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparentis, Neque ſe ad iurandum in ſupplementum, vel defectum probationis poſitionum & articulorum ſuorum in hac cauſa pro parte datorum admitti, videre ſeu audire curant. contumaciam accuſauit, ipſamq́ue contumacem reputari. Et in eius contumaciam ſe ad iurandum in ſupplementum, vel defectum poſitionum & articulorum prædictorum admitti per dominum &c. poſtulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam ſupradictum magiſtrum. N. procuratorem vt perfertur inſtan. & petentem ad iurandum in ſupplementum uel defectum poſitionum & articulorum partis ſuæ in huiuſmodi more ſolito admittandum duxit, & admiſit. Qui dum ſic admiſſus fuerat, ſtatim & in continenti ad mandatum ipſius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei Euangelica iurauit & dixit poſition. & articulos pro parte ſua in huiuſmodi cauſa dat. in quantum concernunt factum proprium ſimpliciter, in quantum factum alienum concernunt iuxta & ſecundùm informationem à principali ſuo deſuper ſibi tradi tam atque factam fore &c. & eſſe veros, Sublatis tamen contrarietatibus ſi quæ in eiſdem reperiantur.

Deinde idē N. in cōtumaciam partis aduerſæ admiſſus iurauit in ſupplemē tum vel defectū probation. qui admiſſus iurauit in forma tactis &c.

Nota ſi principalis iurat vel dat articulos medio iuramento factos vt ſupra obmittendo clauſulam intra parentheſim comprehenſiam videlicet ſimpliciter & vſque factam.

AD CONCLVDENDVM.

ET partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ nō comparentis, neque in huiuſmodi cauſa concludere aut ex aduerſo concludi videre ſeu audire aliquam cauſam rationabilem quare in præſenti cauſa concludi non debeat allegare curantis contumaciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam quantum in eo fuit & erat in huiuſmodi cauſa concluſit, ſecumq; concludi, & pro concluſo haberi per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus &c. contumaciam. Et in eius contumaciam vnà cum dicto magiſtro N. procuratore, vel vnà cum dicto domino. N. principali, concludente & ſecum in huiuſmodi cauſa concludi & pro concluſo haberi peten. more ſolito in præſenti cauſa duxit concludendum & concluſit, habuitq; & haberi voluit in eandem pro ſufficienter concluſo. Retenta nihilominus poteſtate plenaria eandem concluſionem reuocandi, toties quoties ſibi in poſterum placuerit & videbitur expedire. Præſentibus ibidem diſcretis viris magiſtris. N. & N. notarij publicis dictiq́ue domini Auditoris et coram eo ſcribis & clericis. N. & N. diœce. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Cōparuit in iudicio et in cōtumaciā obtinuit concludi Retēta etc. Præſentibus ſocijs.

Et ſupradicto magiſtro. N. ex aduerſo procuratore. Vel & ſupra dicto D. N. ex aduerſo principali, præſente & audiente, & ut apparuit intelligente, licèt replicante, in huiuſmodi cauſa quantum in eo fuit & erat, ſponte concluſit, ſecum concludi, & in eandem pro concluſo haberi per dominū Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc

Cōparuit in iudicio. N. præſente. N ex aduerſo procuratore obtinuit concludi

Retenta &c. Prẽsentibus &c.

dominus Auditor vnà cum dicto magistro. N. procuratore, vel cum dicto D. N. principali concludente & secum concludi & pro concluso haberi petens more solito prefato Ma. N. ex aduerso procuratore prẽsente audiente, & vt apparuit intelligente in huiusmodi causa concludendum duxit, & conclusit, habuitq; & habere voluit pro sufficienter concluso. Retenta &c. vt supra.

DATIO CEDVLAE PETITIONIS.

Idẽ dedit cedulã petitionis facto tenoris petens &c.

DEinde idem. N. principalis vel procurator ibidem &c. comparens, quadam petition. papiri cedulam pro parte sua iuxta & secundùm cuius formam, continentiam & tenorem diffinitiuam in huiusmodi causa prosequi & contra partem aduersam in scriptis ferri & promulgari petit sententiam mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris obtulit atque dedit dicens, petens, protestans, aliasque, & alia faciens prout, & quemadmodum in eadem petitionis cedula, cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur, & habetur.

AD CONCLVDENDVM ET AVdiendum sententiam.

Demum idem &c. & in contumaciam Reuocatis &c. obtinuit cõcludi & pronunciari ut incedula quam dñs legit facto tenoris &c. Sup quibus &c. præsentibus socijs.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque in huiusmodi causa concludere aut ex aduerso concludi videre nec diffinitiuam in huiusmodi causa sententiam ferri, & in scriptis promulgari audire, neque aliquam causam rationabilem si quam habeat quare præmissa fieri non debeant allegare curantis, contumaciam accusauit, ipsamque contumacem reputari. Et in eius contumaciam quantùm in eo fuit & erat in huiusmodi causa conclusit, secumque concludi & pro concluso haberi. Necnon diffinitiuam pro se, & parte sua, & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam iuxta & secundùm præfatæ superius, vt præmittitur per eum in huiusmodi causa datæ & oblatæ petitionis formam continentiam & tenorem in scriptis ferri & promulgari sententiam per D. Auditorem &c. postulauit Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam vnà cum dicto domino. N. principali vel magistro. N. procuratore in huiusmodi causa vt prẽmittitur concludente, secumq, concludi, & pro concluso haberi postulante, more solito in huiusmodi causa concludendum duxit, atque conclusit, haburque & haberi uoluit in eadem pro sufficienter concluso. Et nihilominus visis primitus per eum ac diligenter inspectis omnibus.

Si est coram cõmissa.

Visis primitus per eum ac diligenter inspectis omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, proceſſibus, statutis, priuilegijs, instrumentis, iuribus, & munimentis, testiumq; dictis, depositionibus, & attestationibus in huiusmodi causa quomodolibet habitis, exhibitis, & productis quibuscunque. Eisq; cum diligentia ac maturitate, debitè recensitis, dominorum coauditorum suorum, vel iurisperitorũ consilio pariter, & assensu, quibus debitaq; per eum cum eisdem super præmissis deliberatione matura, seruatisq; de iure seruandis & cognitis ad plenum ipsius causæ meritis. Reuocatis prius omnibus & singulis dilationibus si quæ fortè datæ essent per eum in huiusmodi causa; necnon super quibusuis appellationibus si quæ pendente datis Apostolis refutatorijs ad diffinitiuam, uel interlocutoriam sententiam

tentiam siue ordinationem promulgandam in huiusmodi causa, & proferendam procedendum duxit, & processit. Eamque per ea quæ uidit & cognouit, ac videt, & cognoscit de præsenti pro parte Ma. N. procuratoris, vel dicti domini N. principalis, & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam in scriptis tulit, & promulgauit, prout & quemadmodum in quadam pronunciationis huiusmodi diffinitiuæ seu interlocutoriæ sententiæ papiri cedula, quam tunc idem in suis manibus tenebat. Quamq; de verbo ad verbum publicè alta & intelligibili uoce perlegit. Cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur.

De & super quibus omnibus, & singulis præmissis idem magister. N. procurator nomine quo supra procuratorio, vel idem Dominus N. principalis sibi à me præsentis causæ notario atque scriba prædicto vnum vel plura, publicum seu publica, sibi partique suæ præfatæ fieri atque confici petijt instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem discretis viris magistris. N. & N. notarijs publicis, dictique Domini Auditoris, & coram eo scribis clericis. N. & N. diœce. testibus ad præmissa vocatis, specialiter & rogatis.

Vel sic. Si Cardinalis vel maior prælatus pronunciat.

Quam tunc ibidem in meis tenebam manibus quamque de verbo ad verbum de mandato Reuerendissimi domini Cardinalis iudicis & commissarij præfati publicè &c. perlegi & recitaui. Cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur.

Quando iam est concluſum in causa.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis neque diffinitiuam vel interlocutoriam, in huiusmodi causa per dominum Auditorem præfatum in scriptis ferri & promulgari sententiam uidere seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; cõtumacem reputari. Et in eius contumaciam in huiusmodi causa diffinitiuam, seu interlocutoriam, pro se & dicta parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam iuxta & secundùm præfatę desuper pro parte sua superius vt præmittitur in huiusmodi causa datæ & oblatæ petitionis, formam, continentiam, & tenorem in scriptis ferri & promulgari sentẽtiam per dominum Auditorem &c postulauit. Memoratus &c. contumacem Et in eius contumaciam visis primitus per eum ac diligenter &c. vt supra.

Cõparuit N. & in cont obtinuit pronuciari prout in cedula. Prę sentibus &c.

Et supradicto domino. N ex aduerso principali, vel magistro. N. ex aduerso procuratore prẽsente, & vt apparuit intelligente, licèt replicante, diffinitiuã pro se & dicta parte sua, & contra præfatam partem sibi in huiusmodi causa aduersam iuxta & secundùm præfatæ desuper pro parte sua superius vt præmittitur in huiusmodi causa datæ & oblatæ petition. formam, continentiam, tenorem in scriptis ferri & promulgari sententiam per dominum Auditorem præfatum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magistri. N. procuratoris, vel dicti domini. N principalis instan. præfato magistro. N. ex aduerso procuratore, vel præfato domino. N. ex aduerso principali ibidem adhuc ut præmittitur præsente audiente & ut apparuit intelligente, licèt replicante.

Comparuit N. &c. præsente. N. ex aduerso procurator obtinuit pronuntiari prout in cedula. Præsentibus socijs &c.

Visis primitus &c. vt supra.

Tenores uerò petition & sententiæ diffinitiuæ vel interlocutoriæ papiri cedul. vnde supra fit mentio succeſſiuè sequuntur & sunt tales.

Petit procurator &c. For. Aduoc. clxv. 1. & 2. & 4.

Christi nomine inuocato &c For. Aduoc. clxxii. 1. & 2. & 3.

DE

DE SEQVESTRO.

Comparuit N. procurator & in contumaciã obtinuit sibi decerni sequestrũ & sequestratores & putariĩ vim bullę prę sentib. &c.

COmparuit &c. Et partis &c. Neque supradictam parrochialem ecclesiam. N. super qua in præsenti causa agitur omnesq; & singulos fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta ad eandem parrochialem ecclesiam spectan. & pertinen. sequestrari, ac sub firmo & arcto sequestro poni, mandari, Sequestratoresq; deputari, necnon literas sequestratorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi, videre seu audire &c. neque aliquam causam &c. allegare curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam dictam parrochialem ecclesiam, ac omnes & singulos fructus, redditus, iura, obuentiones, & emolumenta ex illa prouenientes & prouenientia penès aliquas personas idoneas & sufficientes iuxta Clementinam ad compescendum: desuper editis sequestrari & sub firmo sequestro & arcta custodia poni & conseruari, mandari, literasq; sequestratorias desuper necessarias & opportunas extra Ro cu. & ad partes iuxta & secundùm felicis recordation. Innocentij. Papæ octaui desuper fact. constitutionem & Reuerendis patribus dominus sacri palatij Apostolici causarum auditoribus facultatum attributis & concessam, sequestra decernendum & sequestratores deputandum, vim, formam, continentiam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi. Necnon venerabiles & circumspectos viros dominos. N. & N. & eorum quemlibet in solidum pro sequestratoribus fructuum reddituum prouentuum huiusmodi quos adhoc elegit & nominauit ordinari, deputari, per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contu. ad supradicti magistri N. procuratoris instantiam possessionem parrochialis ecclesiæ antedictæ necnon omnes & singulos fructus, redditus & prouentus, iura, obuentiones & emolumenta ex eadem parrochiali ecclesia prouenientes & prouenientia sequestrandum, ac sub firmo & arcto sequestro poni mandandum & inhibendum, dictosq; dominos. N. & N. pro sequestratoribus fructuũ reddituum, prouẽtuum, iurium, obuentionum & emolumentorum prædictæ ecclesiæ & quemlibet eorum insolidum deputandum literas quoque sequestratorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta iuxta prænarratæ constitutionis vim, formam, & tenorem decernendum duxit, prout sequestrauit, inhibuit deputauit, realiter decreuit aliàsq; & alia fecit, prout & quemadmodum in eisdem literis sequestratorijs, quarum tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. Easq; prout petitæ extiterunt decretæ atque concessæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri, subscribi & publicari suiq; sigilli appensione communiri voluit, iussiq; pariter & mandauit. Præsentibus &c.

Nomina sequestratorum.

Procurator dixit se contentũ qđ sequestrum relaxetur.

Comparuit N. procurator &c. Et pro parte sua venerabilem virum dominum. N. canonicum ecclesię. N. in sequestratorem fructuum reddituum & prouentuum prædictorum eligendum duxit & nominandum elegitq; pariter & nominauit.

Ex aduerso cõparuit N. procurator & cõsentiẽ. ex aduerso prĩcipali obtinuit relaxari sequestrũ.

Et quòd sequestrum aliàs superius in hac causa pro parte sua appositum & ad partes decret. relaxetur, tollatur ac moneatur se contentum fore dixit & allegauit. Ex aduerso verò comparuit in eodẽ iudicio &c. seden &c. Et sequestrum superius vt præmittitur contra partem suam & pro parte dicti magistri N. ex aduerso procuratoris concessum & decretum amoueri, cassari, tolli, & relaxari, literasq; relaxatorias desuper necessarias & opportunas

portunas in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus &c. de dicti domini. N. ex aduerso principalis consensu sequestrum superius vt præmittitur decretum relaxatum duxit & relaxauit, literasq; relaxatorias desuper necessarias & opport. in forma solita & consueta decreuit atque concessit, easq; prout petitæ extiterant atque decretæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri, subscribi, & publicari, suiq; sigilli appensione communiri voluit, atque mandauit, prout & quemadmodum in quodam relaxationis instrumẽto publico per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & apud acta causæ huiusmodi inserius registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus &c.

In cont. obtinuit relaxari sequestrum.

Neque sequestrum fructuum, reddituum, & prouentum, iurium, obuentionum, & emolumentorum parrochialis ecclesiæ. N. aliàs per R. P. D. N. Auditorem decretum & appositum tolli & relaxari, videre seu audire curantis &c. accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. sequestrum huiusmodi vt præmittitur decret. & appos. iuxta & secundùm supradictę ipsi domino Auditori factæ & prę sentatæ commission. dependen. vim, formam & tenorem tolli & relaxari &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam sequestrum &c. vt suprà relaxauit, vsque habetur. Præsentibus &c.

Nunc dicendũ est de sequestris, quæ fiunt super fructibus beneficiorum lata sententia, & licèt de iure ciuili non liceat sequestrare. l. vnica. C. de prohib. sequest. pecun. tamen de Iure Canonico admittitur in beneficialibus, & sequestrum debet, & potest per iudicem qui protulit sententiã super beneficio, & decernitur super fructibus beneficij sequestrũ eo instanti in quo fertur sententia. cle. vnica. de sequestra poss. & notat Alfo. sotto. super 69. regula cancel. Innoc. viij. col. 4. & potest & debet ordinarius loci dicti beneficij constito sibi de sententia vt præmittitur lata sequestrum decernere, si per iudicem causæ decretum non fuit. d. clem. vnica. de seq. posse. Alfon. sotto in d. rẽg. cancel. 69. colum. 4. & sequester dicitur ille apud quem res de qua est controuersia deponitur siue sequestratur. l. sequester. ff. de verbo. oblig. glo. in verb sequestrationis, & decernitur in actu sententię vnico, & eo instanti. Et sequestrum decretum super fructibus beneficij lata sententia non reuocatur, etiam quòd secunda sententia in firmet primam, sed expectatur finis victorię, Millis in repert. versi sequestrum factum, qui allegat Rot. deci. 405. quam dec. nunquam inuenire potui in nou. & antiq. nec in quodam uetustissimo Codice dictarum decisionum Rotæ quod habeo penes me, & in rebus secularibus licèt sequestratio sit prohibita. l. vnica. C. de prohib. sequest. pecun. & ibi Bar. & sequestratio est separatio rei, uel possessionis, quia dum res in sequestro est, illam non possidet actor neque reus. glo. in versi. sequestrationis in d. l. vnica. & sequestratio de consensu partium fieri potest & permittitur. gloss. in verb. sequestrationis & ibi Bald. in princ versi. tu autem in d. l. vnica. sequestrum verò in profanis in quatuor casibus conceditur. scilicet primò si petatur res mobilis & persona suspecta sit, quòd cum ea aufugiat, secundò de mobili, & immobili, quando illam possidens est suspectus ne depopuletur fructus, vel rem sit dissipaturus. tertiò quando est contumax non cauens de soluendo, siue faciendo id ad quod tenetur. Quartò fit propter conditionem personæ, putà seruus de conditione seruitutis prouocat, siue reclamat ad libertatem, & contra eius dominum pronunciatum extitit, fit sequestratio rerum earum de quibus dubitatur, si sint, aut eius qui dicit se liberum, glo. in ver. sequestrationis in d. l. vnica. C. de prohib. sequest. pecu. & sequestratio fit iudicis

pote-

HAYKOBA LIBRARY

poteſtate in quibus caſibus fiat, & quomodo, videlicet ſequeſtratio, quæ fit iudicis poteſtate eſt duplex, ſcilicet quædam de re non contentioſa, & quędam de re contentioſa, & hæc fit dupliciter, ad iuris ſui obſeruationē, & cum inſtrumenta communia deponuntur, vt in l. fin. C. de fid. inſtr. & ad damni euitationem, vt quoties quis deponit, vt ſecuriorem reddat, & alia ſequeſtratio eſt de re contentioſa pro poſſeſſione, & iſta quandoq; fit iudicis officio etiam vtraque parte contradicente, vt quando ſunt contendentes de poſſeſſione, eſt quędam ſequeſtratio de re contentioſa, quæ fit propter onus rei incumbens, quòd non eſt expletum, putà duo clerici litigant de eodem beneficio, verum eſt quod de fructibus beneficij deſeruitur in diuinis & interim fructus ſequeſtrantur, vt inde deſeruiatur eccle. Bald. in Lynica. verſi. quędam eſt ſequeſtratio num 1. C de prohi. ſeque pec. & in cauſis beneficialibus quando decernitur ſequeſtrum eadem citat, vel citatur ad videndum decerni ſequeſtrum, & concordandum de ſequeſtratore, & tunc vtraque nominat, quando vnum, quando duos, & ſi partes nō concordant, iudex vnum de nominatis eius arbitrio deputat, & cum conſideratione, quia ſequeſtrum non eſt ſolummodo de fructibus, ſed etiam de corpore beneficij.

Tenor verò literarum ſequeſtratorialium publici inſtrumenti vnde ſuprà fit mentio ſequitur & eſt talis. Ioannes &c.

DE APPELLATIONE ET APOSTOlorum reſponſione.

Appellatio a sē tentia diffinitiua.

COmparuit &c. N. procurator &c. Et ab ipſo domino Auditore eiusq; auditorio ſiue iudicio, necnon à diffinitiua ſententia per eundem dominum Auditorem contra ſe & partem ſuam & pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa vt aſſeruit lata, alijsq; grauaminibus ſibi partiq; ſuæ prędi fatę per ipſum dominum Auditorem vt aſſeruit illatis ad ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum noſtrum dominum Paulum diuina prouidē tia Papam tertium, ſanctamq; ſedem Apoſtolicam facto &c. vt infra.

Appellatio a sē tentia interlocutoria.

Et ab ipſo domino Auditore, eiusq; auditorio ſiue iudicio. Necnon a quadam interlocutoria ſententia ſiue ordinatione per eundem dominum Auditorem contra ſe & partem ſuam & pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa, vt aſſeruit lata, totoq; eius proceſſu in huiuſmodi cauſa habito, alijsq; grauaminibus ſibi partiq; ſuæ præfatę vt aſſeruit illatis, ad ſanctiſſimum &c. vt infrà.

Appellatio ab exceſſiua taxation. expenſarū.

Et à dicto domino Auditore eiusq; auditorio ſiue iudicio ac a nimia & exceſſiua expenſarum pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa factarum taxatione ſuperius vt prędmittitur per ipſum dominum Auditorem facta alijsq; grauaminibus ſibi partiq; ſuæ vt aſſeruit illatis, ad ſanctiſſimum in Chriſto &c. vt infrà.

Appellatio a nō admiſſione arti culorum.

Et à dicto domino Auditore eiusq; auditorio ſiue iudicio. Necnon à non admiſſione poſitionum & articulorum aliàs pro parte ſua in huiuſmodi cauſa datorum, exhibitorum, & productorum, totoq; proceſſu in huiuſmodi cauſa per eundem dominum Auditorem & coram eo habito, alijsq; grauaminibus ſibi partiq; ſuę prędtatę vt aſſeruit illatis, ad ſanctiſſimū in Chriſto &c. vt infrà.

Appellatio ab admiſſione articolorum & toto proceſſu.

Et ab ipſo D. Auditore eiusq; auditorio ſiue iudicio. Necnon ab iniuſta poſitionum & articulorum pro parte ſibi huiuſmodi cauſa aduerſa datorū exhibitorum & productorum admiſſione. Necnon à toto eius proceſſu in huiuſmodi cauſa habito, alijsq; grauaminibus ſibi partiq; ſuæ prædtatę vt aſſeruit

aſſeruit illatis, ad ſanctiſſimum in Chriſto &c. vt infra.

Appellatio à nō admiſſione exceptionum.

Et ab ipſo domino Auditore eiusque auditorio ſiue iudicio. Necnon à non admiſſionis exceptionum ſiue materiarum articulatarum ſuarum aliſque grauaminibus ſibi partique ſuæ prædtatæ vt aſſeruit illatis totoque proceſſu in huiuſmodi cauſa habito ad ſanctiſſimum in Chriſto &c. vt infra.

Appellatio ab admiſſione nōnullorū teſtiū.

Et ab ipſo D. Auditore eiusq; auditorio ſiue iudicio. Necnon ab admiſſion. & reception. nonnullorum teſtium in huiuſmodi cauſa pro parte aduerſa datorum exhibitorum, & productorum. Et toto proceſſu in cauſa huiuſmodi habito & facto, alijsque grauaminibus &c.

Ab vlteriori proceſſu.

Et ab ipſo dòmino Auditore eiusq; auditorio. Necnon proceſſu vlteriori in huiuſmodi cauſa habito & facto &c.

Ad ſanctiſſimum in Chriſto patrem, & dominum noſtrum. N. diuina prouidentia Pa. N. ſanctamq; ſedem Apoſtolicam facto realiter, & in ſcriptis prouocauit & appellauit: Apoſtolosq; tales quales ſuper dicta ſua appellatione de iure habere debeat, primò ſecundò tertiò, ac inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè ſibi dari, & concedi per Dominum Epiſcopum locumtenen. Auditorem præfatum debita cum inſtan poſtulauit. Aliasq; dixit & fecit prout, & quemadmodum in quadam prouocation. & appellatio. papiri cedula, quam tunc idem Ma. N. procurator, vel idem. D. N. principalis in ſuis manibus tenebat, quamque de verbo ad verbum paratum ſe legere obtulit. Cuius tenor inferius eſt inſertus plenius continetur, & habetur. Quam quidem prouocation. & appellation. papiri cedulam D. Auditor vel Epiſcopus locumtenens præfatus ad ſe recipiens, eamq; pro lecta habens.

Quando Auditor dat apoſtolos reuerentiales.

Dominus dedit apoſtolos reuerentiales cū termino decē dierū ad proſequēdum &c. quatenus procurator, & infra tempus & à ſentētia diffinitiua appellet &c. aliàs refutatorios.

Præfato magiſtro. N. procuratori, vel præfato domino. N. principali appellanti & Apoſtolos petenti, reſpondit in hæc verba vel eis ſaltem in effectu ſimilia, Quatenus infra tempus à iure ſtatutum ad appellandum, & procurator legitimus ad hanc cauſam exiſtas, & à ſententia diffinitiua appellaueris ob reuerentiam ſanctiſſimi domini noſtri Papę, eiusque ſanctæ ſedis Apoſtolicæ appellationi tuæ per te interpoſitæ deferimus, prout detulit hanc ſuam reſponſionem pro apoſtolis reuerentialibus ſibi dando & concedendo. Et nihilominus terminum decem dierum proximè futurorum ad proſequendū huiuſmodi ſuā appellationem eidē magiſtro. N. procuratori, vel eidē dño. N. principali, præfigendū duxit. ſtatuendū & aſſignandum, præfixitq; pariter, ſtatuit, & aſſignauit. In quantum verò procurator pro quo appellas legitimus non fuerit ad hanc cauſam, neque in termino ad appellandum à iure ſtatuto exiſtas nec à diffinitiua ſententia appellaueris appellationi tuæ per te interpoſitæ, tanquam friuolæ, & fruſtratoriæ, & innani ex friuolis fruſtratorijs, & innanibus cauſis deductę non deferimus, prout non detulit hanc ſuam reſponſionē pro Apoſtolis refutatorijs dando & concedendo.

De & ſuper quibus omnibus & ſingulis præmiſſis idem magiſter. N. procurator. Vel idem dominus. N. principalis appellans & apoſtolos petens ſibiq; partiq; ſuæ, vel ſibi à me præſentis cauſæ notario atque ſcriba prędicto vnum vel plura, publicum ſeu publica, fieri atque confici petijt inſtrumentum & inſtrumenta. Præſentibus ibidem diſcretis viris. N. & N. notarijs publicis dictiq; domini Auditoris, & coram eo ſcribis clericis. N. & N. diœce. teſtibus ad prędmiſſa uocatis ſpecialiter & rogatis.

Quando Auditor dat terminum iuris.

Dominus dedit

Præfato magiſtro procuratori, vel præfato Domino. N. principali appellanti

terminum iuris videlicet 30. dierum ad recipiendū Apost.

pellanti & Apostolos petenti terminum iuris videlicet xxx. dierum proximè & immediatè futurorum ad recipiendum Apostolos tales quales sibi de iure dari debeant & concedi de & super dicta appellatione sua per eum vt præmittitur interposita & interiecta. Ita tamen quod interim si sibi uidebitur expedire & quandocunque sibi placebit eos dare possit & valeat, peremptoriè duxit præfigendum, statuendum & assignandum præfixitq; pariter, statuit & assignauit, de & super quibus omnibus &c. vt supra.

Quando Auditor dat refutatorios.

Dominus dedit Apostolos refutatorios.

Præfato magistro. N. procuratori, vel domino. N. principali appellanti vel Apostolos petenti respondit in hęc verba vel eis saltem in effectu similia. Appellationi tuæ per te interpositæ tanquam friuolæ & frustratoriæ & innani ex friuolis frustratorijs & inanibus causis deductæ non deferimus prout non detulit hanc suam responsionē pro Apostolis refutatorijs dando & concedendo. De & super quibus omnibus & singulis præmissis idē magister. N. procurator (vel idem dominus. N. principalis) appellans Apostolos petens sibi &c. vt suprà.

Nota quando defertur appellationi per principalem interpositæ obmitte verba (inquantum procurator legitimus ad hanc causam existas) & inferius (inquantum verò procurator pro quo appellas legitimus non fueris ad hanc causam.)

Constitutus in domo domini coram me notario in absentia domini Auditoris N. appellauit ī scriptis cui petenti Apostolos testimoniales dare ꝓmisi.

Constitutus Romæ in domo domini Auditoris prędicti & coram me præsentis causæ notario atque scriba prædicto, magist. N. procurator præfatus nomine quo suprà procuratorio. Et in absentia ipsius D. Auditoris qui tunc in domo suę habitationis non erat constitutus ab eodem. D. Auditoris eiusq; auditorio siue iudicio. Necnon à quadam diffinitiua sententia alias in huiusmodi causa contra se & partem suam in fauorem partis sibi in huiusmodi causa aduersę per eundem dominum Auditorem, vt asseruit, lata, alijsq; grauaminibus in cedula appellation. expressis. Ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum. N. diuina prouidentia Papam. N. sanctamq; sedem Apostolicam facto realiter & in scriptis pro uocauit, & appellauit, Apostolosq; saltem testimoniales à me prędicto, sibi dari & concedi petijt. Aliasq; & causę notario atque scriba prędicto, sibi dari & concedi petijt. Aliasq; & alia fecit & dixit, prout & quemadmodum in quadam prouocationis & appellationis papiri cedula, quam tunc in suis tenebat manibus animo & intentione ipsi domino Auditori præstandi, insinuandi, notificandi, & intimandi, si eius præsentia commodè haberi potuisset. Eamq; mihi prędicto, facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque dedit. Protestans nihilominus de absentia dicti tis causę notario atque scribę domini Auditoris ac diligentia per eum facta, ac etiam insinuando eandem suam appellationem ipsi domino Auditori infra tempus debitum & statutum. Quodq; propter ipsius domini Auditoris absentiam fatale de diligentia prosecutionis appellation. huiusmodi per eum factę non curat, similiter protestatus fuit & protestabatur expresse. Quam quidem appelaltion. papiri cedulam ego præsentis causæ notarius atque scriba prędictus, ad me recepi, eamq; pro lecta habui. Necnon eidem magistro. N. procuratori de diligentia sua per eum in premissis facta Apostolos testimoniales dare promisi, suis loco & tempore congruis & opportunis. De & super quibus &c. vt supra.

Procurator insinuauit domino Auditori appellationē in eius

Et supradictam appellationis aliàs ab ipso domino Auditore eiusq; auditorio, & à supradicta diffinitiua sententia. Vel à supradicta interlocutoria, sententia, in huiusmodi causa lata, per eundem magistrum. N. procuratorem in eiusdem domini Auditoris absentia intepositę & interiectę papiri

piri cedulam, prout est penes me prędictum positā, repetendum duxit atque repetijt. Eamq; de nouo verbo solùm & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit. Et nihilominus eandem appellation. & prouocationis papiri cedulam. Necnon diligentiam per ipsum de eadem appellatione vt præmittitur factam, præfato. D. Auditori omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, intimauit, insinuauit, & notificauit, Apostolosq; tates, quales sibi super dicta appellatiōe sua de iure habere debeat primò, secundò, ac tertiò, instanter, instantius, & instantissime sibi dari & concedi per dominum Auditorem prędictum debita cum instantia postulauit. Aliàsq; & alia dixit & fecit prout & quemadmodum in eadē appellationis papiri cedula. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. Quam quidem appellationis siue prouocation. papiri cedulam dominus Auditor præfatus habuit, & se habere velle dixit pro sufficienter insinuata. Necnon dicto magistro. N. procuratori instanti & Apostolos petenti respondit in hæc verba, vel eis saltem in effectu similia &c. vt suprà.

absentia interpositam cui petenti dominus dedit Apostolos.

Procurator pro duxit instrumē tū appellation. in absentia domini interpositæ petens Apostolos &c.

Et quoddam appellationis à sentētia diffinitiua contra se & partem suā & pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa lata alijsq; grauaminibus sibi per Dominum Auditorem prędictum vt asseruit illatis interpositæ instrumentum publicum. Signo & subscriptione discreti viri magistri. N. vt prima facie apparebat signatum & subscriptum, facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, dedit, atque produxit.

Quod quidem appellationis instrumentum & omnia alia & singula in eo contenta prędicto domino Auditori intimauit, insinuauit, & notificauit, ac ad eius veram notitiam deduxit. Et nihilominus Apostolos tales quales super dicta appellatione sua sic vt premittitur per eum insinuata, & in dicto instrumento contenta de iure sibi dari debeant & concedi per dominum Auditorem prædictum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictum instrumentum appellationis ad se recipiens atque de nouo pro perlecto habens dicto magistro. N. procuratori instanti & Apostolos petenti, partiq; suæ si & in quantum appellasset à diffinitiua sententia contra eum & partem suam lata, ex tunc respondit in hęc verba vel eis saltem in effectu similia Appellationi per te interpositæ ob reuerentiam domini nostri Papę, eiusq; sanctę sedis Apostolicæ, vt supra de Apostolis reuerentialibus.

Si vero appellasset à sententia interlocutoria ex tunc dicto magistro N. procuratori instan. & Apostolos petenti in hæc verba respondit, vel eis saltem in effectu similia, Appellationi tuæ forsan per te interpositę tanquam friuolæ & frustratoriæ &c. vt sup. de Apostolis refutatorijs.

Et quod super appellation. aliàs per eum in huiusmodi causa interposita Apostoli dati non fuissent. Et nihilominus ea sic penden. ad partis instan. sibi in huiusmodi causa aduersę processum extitisset per dominum attentatum & innouatum foret dixit & allegauit quare ab ipso domino &c. & ab huiusmodi processu ac attentation. & innouation. alijsq; grauaminibus sibi partiq; suæ vt asseruit illatis. Ad sanctissimum vt sup.

Appellatio ab attentat. & innouatis.

Tenor verò appellationis papiri cedulę vnde suprà fit mentio sequitur & est talis. In nomine domini amen &c.

Hic est notandum quòd terminus prosequendi appellationem nō currit pendente compromisso de partium consensu, facto, secus in termino appellationis interponendo. Nicol. Mil. in repert. versi. terminus prosequendi. Non currit etiam tempus prosequendi appellationem et qui agit super atten-

attentatis, imò etiam tempus executionis fiendæ post sententiam superat tentat.s latam,& de fatalibus subducen. pro eo qui obtinuit super attentatis, secus si succubuit, quare tunc sibimetipsi impedimentum præstitit, ideò ei hoc casu vltimo tempora currunt, Nicol de Mil in reper. versi. terminus prosequendi,& terminus præfixus ad prosequen causam nullitatis sententiæ in termino currit si probabiliter motus credit sententiam nullam. Mil. in reper. versi. terminus quando assignatur, vbi se remittit in eo repert. ad versi. appellatio, & in versi. appellanti tempus, & terminus datus à lege ad faciendum aliqua est peremptorius, licèt non dicatur, Sarn. in reg. de annali quæst. 72. num. 2. & causa quæ tractatur inter laicos in foro eccle. debet decidi secundùm ius canonicum, Innoc. in c. 1. num. 1. & 4. de probat. & causa appellationis gubernatur, sicut causa nullitatis. Rot. in additio. primæ Dec. aliàs 8. in nouis, fuit dubitatum de lit. cont. Terminus iuris, vel statuti dicitur peremptorius, si legitimum probat impedimentum. Bald. super feud. in c. quoniam, nume. 2. de prohib. feud. alien. per totum, quem recitat Alfon. sotto. super 34. regul. Cancel. Innoc. viij. col. fin. & terminus ad peten. Apostolos incipit currere à die interpositæ appellationis, nam x. dies dantur ad appellandum, & 30. ad peten. Apostolos. Card. in clem. quâ uis col. 2. nu. 5. de appell. Rot. in nou. de appell. dec. 5. aliàs 29. fuit dubitatum, & tempus non currit prosecutionis appellationis quando stat per iudicem quod non procedit. Rot. in nou de appell. Dec. 7. aliàs 65. si appellatus in additio. & appellans si fuit infirmus, vel aliàs impeditus iusto impedimento, ita quod appellationem non potuit persequi, & si probare non potest per testes stabitur eius iuramento. Rot. in not. de appel. Dec. 25. aliàs 155. si certus terminus in fin. vlt. addi. & appellans ab aliqua sententia, siue vim sententiæ habentis si dicat quòd ei à 10. diebus proximè præteritis citra, ad notitiam suam peruenisse vtrum intelligatur appellatum fuisse infor. in princip. Saluo iure expensarum potest redire ad primùm iudicem, & appellans potest renuntiare appellationi suæ expresse. c. interposita. §. ille denique de appell. Rot. in nou. de appell. dec. 49. aliàs 363. ex hoc insurrexit. Et Apostoli petuntur infrà 30. dies, & sunt de substantia appellationis Rot. in nou de appell. Dec. 50. aliàs 366. si appelletur nu. 1. 2. & 3. & Card. in d. Clem. quamuis col. v. de appell. & iudex debet dare Apostolos reuerentiales, quia ius defert huiusmodi appellationibus. Rot. in nou. Dec. 50. aliàs 366. si appelletur. nume. 2. de appell. & appellato à diffinitiua in aliqua causa, & petitis Apostolis, iudex debet dare reuerentiales, secus si appellatur à grauamine, siue interlocutoria, in quibus dantur Apostoli refutatorij, & ita seruatur. Rot. in antiq. de appell. Dec. 61. aliàs 605. dic quod sic, & Apostoli ab appellatione satis est quod bis petantur. Rot. in nou. de appel. Dec. 57. aliàs 406. si auditor num. 2. si aliquis iustè impeditus fuit quod non potuerit prosequi nec finire suam appellationem infra primum fatale, tunc petat secundam & habebit de iure complementum, vt in c. si Romana de appell. si autem fuit impeditus iustè infrà secundum fatale tunc non habebit, nisi illud tempus per quod impeditus fuit in secundo fatali. Innoc. in c. ex ratione de appella. & ita seruat Palarium, & appellans si non obseruauerit illa quæ debet seruare nihilominus appellatus debet introducere appellationem appellantis, nisi non seruasset ea, quæ debet seruare de iure, quia tunc dicta appellatio non deuoluit causam ad curiam sacri palatij. Rot. in anti. de appellat. dec. 59. aliàs 601. nota licèt appellans. & auditor facta sibi fide de appellatione nihilominus debet videre processus, à quo est appellatum, an fuerit causa legitima ad appellan. & si fuerit inhibeatur

beatur si petatur, & postea assignetur terminus ad dan. libellum, & in causa proceden. prout de iure fieri debet. Rot. in antiq. de appell. dec. 62. aliàs 606. facta fide. & inhibitio in causa spirituali, vel profana non potest fieri licèt sit appellatum à conclusione, & dati Apostoli refutatorij, & terminus ad audien. sententiam & appellans impetrauerit auditorem qui intimat suam commissionem auditori à quo appellatum, potest ferre sententiam & ita seruat sacrum palatium. Rot. in antiq. de appel dec. 66. aliàs 673. nota quando, & appellanti fuit præfixus terminus ad prosequen. appellationem sufficit iter arripere vel in curia protestari, quòd infrà tempus comparuit. Rot. in antiq. de appella. Dec. 17. Bisig. nunquid autem, terminus autem hominis succedit loco termini iuris. Rot. in nou. de appellat. Dec. 25. aliàs 155. si certus terminus in fin. vltimę addi. & Apostoli sunt & dicuntur breuis forma, iudicem ad quem informans & instruens motum iudicis à quo, & totius appellationis circunstantias breuiter comprendens, & dicuntur ab epi, quod est suprà, & stolos, quod est missio, sunt enim literæ missæ. Card. in d. clem. quamuis col. 1. num. 4. de appell. & Apostoli petuntur instanter, & cum reuerẽtia ob mitigandum iudicem à quo. Card. in d. clem. quamuis col. fin. de appel. & appellans potest Apostolos vnico contextu instanter sæpius postulare. d. clem. quamuis de appell. in princip.

DE REPOSITIONIBVS.

Constitutus vel comparuit &c. petijt sibi dari apposto. quem dominus reposuit &c. cum intimatione. p q.c. supquibus &c. præsentibus &c.

COnstitutus Romæ in domo. D. Auditoris prefati & coram eo, vel cõparuit in iudicio &c. magister. N. procurator &c. & sibi partiq; suæ Apostolos tales quales de & super appellatione sua vltimò superius in hac causa pro parte sua interposita de iure habere debeat dari & concedi per D. Auditorem &c. postulauit. Quem quidem Ma N. procuratorem Apostolos peten. D. Auditor memoratus in eum statum in quo erat ante huiusmodi appellationis interpositionem & grauamen sibi vt asseruit illatum animo & intentione melius deliberandi reponen. duxit atque reposuit. De & super quibus omnibus & singulis præmissis idem magister. N. procurator nomine quo supra procuratorio petijt sibi partiq; suæ supradictæ fieri atque confici per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. præsen. &c. Et nihilominus idem D. Auditor huiusmodi per eum factam repositionem supradicto magistro. N. ex aduerso procuratori per quemcunq; domini nostri Papæ cursorem qui de super legitime requisitus fuerit intimari voluit, iussitq; pariter & mandauit.

Dñs dixit seno fore deliberatũ & progauit terminum ad 1. diẽ.

Vel sic. Memoratus tunc. D. Auditor super huiusmodi Apostolorum responsione adhuc non fore plene deliberatum dicto Magistro. N. procuratori instan. & Apostolos peten. respondendum duxit atque respondit. Quare sibi terminum huiusmodi & quicquid in eo fieri debeant hinc ad primam diem iuridicam &c. prorogandum duxit & prorogauit.

Relatio ad recipiendum apost.

Die &c. discretus &c ad recipiendum & dari videndum Apostolos tales quales sibi de iure de & super appellation. sua per eundem magistrum. N. ex aduerso procuratorem vltimò in hac causa superius vt præmittitur interposita & interiecta dari debeant & concedi ad primam diem &c. vel per totam audien. &c.

Cõparuit. N. & in cont obtinuit ex aduerso ꝓcu

Et supradicti magistri. N. ex aduerso procuratoris non comparentis, neque Apostolos tales quales sibi de iure dari debeant de & super appellatione sua vltimò in hac causa interposita & interiecta recipere curant.

tatori licèt abſenti dari apoſtolos refutatorios. Super quibus &c. Preſentibus.

contumaciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam ſupradicto magiſtro. N. ex aduerſo procuratori licèt abſenti apoſtolos tales, quales ſibi de iure dari debeant de & ſuper dicta appellatione ſua vltimò in hac cauſa interpoſita & interiecta dari & concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictum magiſtrum. N. ex aduerſo procuratorem non comparentem neque huiuſmodi diei termino in aliquo ſatisfacere &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad ptælibati magiſtri. N. procuratoris inſtantiam appellationi vltimò per eundem magiſtrum. N. ex adverſo procuratorem in huiuſmodi cauſa interpoſitæ & interiectæ tanquam friuolæ fruſtratoriæ & inanitæ ex friuolis fruſtratorijs & inanibus cauſis compoſitæ & confectę interpoſitæq; & interiectæ deferendum non duxit, prout non detulit eidem magiſtro N. ex aduerſo procuratori licèt abſenti ſuper eadem appellation. ſua apoſtolos refutatorios dando pariter & cedendo. De & ſuper quibus &c. vt ſuprà.

Comparuit N. & in cont. obtinuit procuratori ex aduerſo licèt abſenti dari apoſtolos reuerentiales ſuper quibus &c. Præſentibus &c.

Et ſupradicti magiſtri. N. &c. contumacem reputari, & in eius contumaciam &c. poſtulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad prælibati magiſtri N. procuratoris inſtan. appellation. vltimò per magiſtrum. N. ex aduerſo procuratorem in huiuſmodi cauſa interpoſitæ & interiectæ ob reuerentiam S.D.N. papæ eiusq; ſanctę ſedis Apoſtolicę deferendum duxit, prout detulit, dicto. Ma N. procuratori licèt abſenti ſuper eadem appellation. ſua apoſtolos reuerentiales dando pariter & cedendo de & ſuper quibus &c.

Curſor retulit intimaſſe magiſtro N. ex aduerſo procuratori qualiter dominus eũ repoſuit.

Intimatio repoſitionis.

Diſcretus vir. N. domini noſtri Papę curſor retulit &c. intimaſſe magiſtro. N. ex aduerſo procuratori prędicto Romæ perſonaliter inuento & apprehenſo qualiter dominus Auditor præfatus magiſtrum. N. ex aduerſo procuratorẽ prædictum in eum ſtatum in quo erat ante vltimam eius interpoſitam appellationem & grauamen ſibi vt aſſeruit illatum animo & intentione melius deliberandi repoſuit prout & quemadmodum &c.

Procurator appellauit à repoſitione quem dominus repoſuit.

Et à repoſitione partis aduerſæ, nec non à dicto domino Auditore eiusque auditorio ſiue iudicio ad ſanctiſſimum vt ſupra vſque ibi.

Eamq; pro lecta habens, Dictum Magiſtrum. N. procuratorem nomine procuratorio huiuſmodi appellantem & apoſtolos petentem in eum ſtatum in quo ante huiuſmodi appellationem interpoſitam fuit animo & intentione melius deliberandi, reponendum duxit atque repoſuit. De & ſuper &c. vt ſup. in appellationibus.

Procurator appellauit à repoſition. facta ſuper appellatione partis aduerſę.

Et ab ipſo domino Auditore eiusq; auditorio ſiue iudicio ac à repoſitione facta ſuper appellatione partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ, ac à toto eius proceſſu vlteriori in huiuſmodi cauſa deſuper quomolibet habito, alijsq; grauaminibus ſibi & parti ſuæ prædictæ per ipſum dominum Auditorem vt aſſeruit illatis, & in futurum quomodolibet inferendis ad ſanctiſſimum vt ſupra.

Cõparuit ꝓcurator dixit ad ſuã notitiã veniſſe à tribus diebus, quod ex aduerſo procurator alias fuit repoſitus ſuper quo iurauit.

Comparuit &c. procurator. Et ad ſuam notitiam à tribus diebus proximè elapſis citra veniſſe quod magiſter. N. procurator ex aduerſo de & ſuper appellation. per illum vltimo in huiuſmodi cauſa interpoſita per dominum Auditorem prefatum repoſitus fuerat dixit, & allegauit, prout idem magiſter. N. procurator tact per eum ob hoc ad mandatum ipſius Domini Auditoris & in eius manibus corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta dei euangelia de præmiſſis citius notitiam non habuiſſe iurauit. Quare idem magiſter. N. procurator ab ipſo domino Auditore &c. & à repoſitione partis aduerſæ.

Die

Die enim comparuit in iudicio &c. magiſter. N. &c. procuratorio.

Et quia non fuit ſibi intimata repoſitio partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ vltimò facta, ipſa tamen pars aduerſa ad aliquos actus nihilominus tamen proceſſit de nullitate proceſſus huiuſmodi ac grauamine & appellando publicè ſolenniter fuit proteſtatus & proteſtabatur expreſsè.

Comparuit' procurator proteſtatus fuit de nullitate vt hic.

DE DILIGENTIA PROSECVTIONIS Appellationis.

ET partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparentis neque fidem debitam de diligentia proſecutionis appellationis aliàs à quadam diffinitiua ſententia per Reuerendum patrem dominum. N. ſacri palatij Apoſtolici cauſarum ac cauſę huiuſmodi in prima vel ſecunda eiuſdem cauſæ inſtan. Auditorem pro parte ſua & contra dictam partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam, lata & in ſcriptis promulgata per eandem partẽ aduerſam, ſeu eius nomine taliter qualiter interpoſitæ & interiectæ primò & pro prima dilatione facere curantis contumaciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduerſam vlterius ad idem ſecundò, & pro ſecunda dilatione per aliquem ex domini noſtri Papę curſorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptoriũ terminum competentem per dominum Auditorem vel Epiſcopum locumtenen. præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius contumaciam citationem &c. conceſſit. Eamq; &c. vt ſuprà.

Comparuit N. & in cont. non do. de diligentia ꝓſecutionis appellation primò pro prima dilatione obr. ad idẽ ſecundò & pro ſecũda dilation. ad 1. diem p.q.c.

Et partis &c. Neque fidem debitam de diligentia proſecutionis appellation. à quadam diffinitiua ſententia ſupradicta aliàs in huiuſmodi cauſa vt præfertur pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris & contra dictam partẽ aduerſam in ſcriptis lata & promulgata per eãdem partem aduerſam ſeu eius nomine interpoſitæ ſecundò & pro ſecunda dilatione docere ſiue facerere curantis contumaciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduerſam vlterius ad idem tertiò & pro tertia dilatione &c. per aliquem domini noſtri Papæ curſorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus vt ſupra.

Comparuit N. &c. & in cont. non docẽ. de diligentia proſecutionis appellatio nis ſecundò & pro ſecunda dilatione obtinuit ad idem iij. ad 1. diem p.q.c.

Et partis &c. Neque fidem debitam de diligentia proſecutionis appellation. ſupradictę à præfata diffinitiua ſententia pro parte dicti. M. N. procuratoris contra dictam partem aduerſam vt prędmittitur lata per eandem partem aduerſam vt prędfertur ſeu eius nomine taliter qualiter interpoſitę & interiectæ quartò, & pro quarta dilatione docere, nec aliquam cauſam ſationabilem ſi quam habeat quare præfata appellatio deſerta, & vitio deſertionis ſubiacuiſſe, dictaq; ſententia diffinitiua in rem tranſiuiſſe iudicatam pronunciari non debeant allegare curantis, contumaciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc & contumacem.

Comparuit N. ꝓcurator & accuſauit cont. nõ docent. iiij. & ꝓ quarta dilatione.

Aliquando ſic. Neque de prętenſa appellatione pro parte ſua à quadã diffinitiua ſententia &c. vt prętenditur interiecta & interpoſita docere, eiuſdemq; prętenſę appellationis proſecutionis diligentia fidem debitam primò &c. facere curantis contamaciam accuſauit. vt ſuprà mutatis mutandis.

DE CONCESSIONE ET PRORO-gatione fatalium.

Procurator in cont. obtinuit prorogari secun dum fatale in ī vim bullæ qua tenus nō sit lap sum ad vj. men ses, præsentibus.

DIscretus vir. N. cursor &c. ad videndum & audiendum fatalia siue tem pus ad prosequendum appellationē aliàs pro parte ipsius magistri N. procuratoris in huiusmodi causa interiectæ & interpositę iuxta & secundū certæ bullæ facultatis per fe.re. Innoc. Pap. viij. editæ & collegio. R.P.D. Auditorum Rotæ attributæ atque concessæ vim, formam, & tenorem per dominum Auditorem surrogatum præfatum extendi & prorogari vel dicendum &c. per totam audien. &c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque sibi partiq; suæ fatalia siue ad prosequendum appellationem pro parte sua in huiusmodi causa interpositam & interiectam, iuxta certe bullę facultatis felicis recordationis Innocentij Papæ viij. desuper editæ & collegio dominorum auditorum Rotę concessæ extendi & prorogari videre seu audire. Neque etiam causam si quam habeat rationabilem, quare præmissa fieri non debeant allegare curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam sibi partiq; suę fatalia ad prosequendum appellationem huiusmodi iuxta & secundùm dictæ bullæ vim, formam & tenorem extendi & prorogari per dominum Auditorem præfatū debita cum instantia postulauit.

Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris vel principalis instan ante dictum fatale quatenus lapsum non sit, ad vj. menses proximè & immediatè sequen. à fine eiusdem computandi iuxta & secundùm prænarratæ dictæ bullæ facultatis siue constitution. domini Innocentij vim, formam, & tenorem extendendum ac prorogandum duxit prout extendit atque prorogauit. super quibus &c. præsentibus &c.

Relatio pro secundo fatali decernendo.

Vel sic. Et partis sibi &c. non comparentis neque sibi partiq; suæ fatalia &c. iuxta & secundum supradictę ipsi. D. Auditori vltimò vt præmittitur factæ & præsentatæ commissionis vim, formam &c. extendi, & prorogari videre seu audire &c.

Discretus vir &c. Ad videndum & audiendum secundum fatale siue secundam dilationem ad prosequendum appellationem pro parte dicti domini. N. in huiusmodi causa in partibus interpositam eidem magistro N. vel parti suæ decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare secundum fatale sibi concedi non debeat allegandū,

Procur. cōparuit & obtinuit sibi decerni secundū fatale præsentib. socijs.

Comparuit &c. Et sibi partiq, suæ secundum fatale siue secundam dilationem ad prosequendum appellationem aliàs pro parte sua in huiusmodi causa in partibus interpositam dari & concedi per dominum Auditorem &c. postulauit. Memoratus tunc. D. Auditor dicto magistro N. procuratori instan. & peten. supradictum secundum fatale ad prosequendum appellationem antedictam si & inquantum de iure fuerit concedendum duxit atque concessit. Præsentibus ibidem discretis &c.

Procurator obtinuit sibi decerni secundum fatale præsentib. &c. ex causa prælegata.

Et sibi partiq; suæ secundum fatale ad prosequendum appellationem suam nuper in partibus à quadam diffinitiua per dominum. N. in hac causa contra se & partem suam prædictam & in fauorem. N. ex aduerso principalis aliàs vt præmittitur lata & promulgata sententia interposita, attento quod non stetisset per eum & partem suam quominus causa huiusmodi in prima fatali foret expedita decerni & cōcedi per dominum &c. postulauit. Quod quidem fatale dominus Auditor memoratus prædicto magi-

magistro. N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ ex causa præallegata ad prosequendum vlterius dictam suam appellationem decreuit atque cōcessit. Præsentibus ibidem discretis viris &c.

Procurator præsente ex aduerso procuratore petijt decerni secundū fatale.

Idem magister. N. procurator in supradicti magistri. N. ex aduerso procurato. præsentia sibi secundum fatale ad prosequendum appellationem suam nuper in partibus pro parte sua interpositam dari & concedi per dominum &c. postulauit. Vicuersa verò magister. N. procurator ibidem adhuc præsens &c. comparens. quod termini substantiales in huiusmodi causa tenti non essent quare secundum fatale ad prosequendum huiusmodi appellationem dari non debeat allegando dixit & allegauit. Tunc dominus Auditor præfatus post diuersas hinc inde procuratorum habitas altercationes dictum secundum fatale præfato. Ma N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ in antedicti magistri. N. ex aduerso procuratoris præsentia si & prout de iure dandum & concedendum duxit, atque concessit. Præsentibus &c.

Ex aduerso. N. dixit vt hic.

Et sibi secundum fatale ad prosequendum appellationem pro parte sua in huiusmodi causa interiectam & interpositam dari & concedi per &c. postulauit. Memoratus tunc D. Auditor ad præfati magistri. N procuratoris instantiam secundum fatale proximè præpetitum ad supradictam appellationem pro parte dicti magistri. N. procuratoris interiectam & interpositam prosequendum eidem magistro. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ si & prout de iure dandum & concedendum duxit atque cōcessit. Ipsumq; fatale prout petitum extitit atque concessum dominus Auditor memoratus supradicto magistro N. ex aduerso procuratori per quēcunque domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitimè requisitus fuerit, intimari voluit atque mandauit. Præsentibus ibidem &c.

Dominus auditis altrecation & creuit secundū fatale si & pro ut de iure.

Comparentibus &c. magistris. N. & N &c. partibus ex altera idem magister. N. procurator in supradicti magistri. N ex aduerso procuratoris præsentia quod D. Auditor memoratus ad prosequendum appellationē aliàs per eum vt præmittitur in huiusmodi causa interiectam & interpositam si & in quantum sibi de iure debeat sibi concedendum duxit & concessit præfato magistro. N. procuratori ex aduerso ibidem vt præmittitur præsenti intimandum duxit & intimauit.

Procurator obtinuit sibi decerni secundum fatale si & in quantum de iure cū intimatione. p. q; c præsentibus socijs.

Comparentibus &c. seden. magistris. N. ex vnà & N. ex aduerso procuratoribus prædictis nominibus eorum hinc inde quibus suprà procuratorijs partibus ex altera hinc inde quod per eos siue eorum aliquem non staret, stetit, neque stabit quo minus causa huiusmodi expediretur infrà tēpus debitum protestantibus. Quare sibi secundum fatale dari & concedi per dominum &c. postularunt. Memoratus tunc dominus Auditor dictis procuratoribus hinc inde instantibus & petentibus secundum fatale proximè præpetitum in huiusmodi causa habendum dictis procuratoribus hinc inde instantibus & petentibus decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concessit. Præsentibus ibidem &c. & rogatis.

Comparentibus N. & N. procuratoribus N. intimauit. N. quòd dominus concessit sibi secundū fatale si & ī quā tum de iure.

AD IMPVGNANDVM ET iustificandum.

Comparentibus procura &c. petierunt & obtinuerunt hinc inde decerni secūdum fatale.

DIe lunæ &c. Discretus vir. N. domini nostri Papæ cursor &c. retulit &c peremptoriè citasse magistrum. N. ex aduerso procuratorē prædictum Rom. &c. apprehensum ad impugnandum & iustificandum impugnariq; & iustificari videndum quicquid partes hinc inde verbo vel

Cursor retulit citasse magistrum N. ex aduerso p curatorē ad im-

pugnandū & iu
ſtificandū ad.1.
diē inſtante. N.
procuratore.
Comparuit. N.
& cont. non im
pugnantis neq;
iuſtificauit ap-
pellationem &
impugnauit pro
ceſſum coram
domino. N. Au
ditore exactis
cauſæ habitū.

in ſcriptis in hac cauſa impugnare aut iuſtificare voluerint ad primam diem &c.

Et partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparentis, neque quic quam verbo vel in ſcriptis in huiuſmodi cauſa impugnare vel iuſtificare, aut ex aduerſo impugnari & iuſtificari videre ſeu audire curantis contuma ciam accuſauit, ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiuſmodi diei termino pro parte ſua ſatisfaciendo appellationem pro par te ſua interpoſitam & interiectam ex actis cauſæ huiuſmodi quantum me lius potuit & debuit iuſtificauit. Necnon proceſſum coram Reuerendo pa tre dominor N. Auditore (vel in hac cauſa) habitum & factum, & ſenten tiam latam etiam quantum melius & efficacius potuit & debuit, impugnā dum duxit & impugnauit actis ex eiſdem. Et nihilominus pro parte ſua be ne fuiſſe & eſſe appellatum & prouocatum ac per eundem dominum. N. Auditorem male fuiſſe & eſſe proceſſum ſententiatum & pronuntiatum, partemq; ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam in expenſis propterea in huiuſ modi cauſa habitis & factis condemnari per dominum Auditorem præfa tum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictam partem aduerſam &c. contumacem.

Compatnit. N.
& in cont. non
iuſtifican. nec
impugnan. iu-
ſtificauit pro-
ceſſum coram
domino Audi-
tore habitum,
& impugnauit
appellation par
tis aduerſæ pe-
tens &c.

Et partis &c. neque quicquam &c. vt ſuprà in proximo actu vſque con tumacem reputari. Et in eius contumaciam proceſſum coram R. P. D. N. in huiuſmodi cauſa habitum & factum, & ſententiam latam ex actis cauſæ huiuſmodi coram eo habitis & factis, in quantum melius potuit & debuit iuſtificauit. Necnon appellationem pro parte aduerſa interpoſitam quantum melius potuit & debuit impugnandum duxit & impugnauit a ctis ex eiſdem. Et nihilominus bene fuiſſe & eſſe per dictum dominum N. Auditorem proceſſum ſententiatū & diffinitum necnon pro parte ad uerſa male fuiſſe & eſſe appellatum & prouocatum pronunciari, dictamq; partem aduerſam in expenſis propterea in huiuſmodi cauſa habitis & fa ctis condem nandum fore & condemnari per dominum &c. poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. contumacem.

Procura. dedit
cedulam iuſtifi
cation. & impu
gnati facto.

Et huiuſmodi diei termino pro parte ſua ſatisfaciendo quandam impu gnationis & iuſtificationis papiri cedulam facto realiter & in ſcriptis infra ſcripti tenoris exhibuit, produxit atque dedit, dicens, impugnans, petens, proteſtans, aliàsq; & alia faciens prout & quemadmodum in eadem im pugnationis & iuſtificationis papiri cedula. Cuius tenor inferius eſt inſer tus plenius continetur & habetur.

Procurator pro
iuſtification. &
impugnation. d
dit articulos fa-
cto.

Tenor verò impugnationis & iuſtificationis papiri cedulæ vnde ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis.

Et huiuſmodi diei termino pro parte ſua ſatisfaciendo pro iuſtificatio ne proceſſus coram Reuerendo patre domino. N. Auditore habiti ac im pugnatione appellationis partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ aliàs co ram domino. N. Auditore ab ipſo & eius ſententię interpoſitæ. Nonnul los poſitiones & articulos facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris ex hibuit, produxit, atque dedit, iuſtificans proceſſum, & impugnans appella tionem oræditi prout & quemadmodum in quadam poſitionum & arti culorum huiuſmodi papiri cedula. Cuius tenor inferius eſt.

Procurator in
contumaciā nō
dicentis contra
appellationē o-
bt. ad iuſtifican
dum & impu-

Et partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparentis. Neque quic quam verbo vel in ſcriptis contra ſupradictam appellationem pro parte ſua vt præmittitur repetitam dicere ſiue excipere curantis contumaciam ac cuſauit, ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduerſam vlterius ad impugnandum & iuſtificandum, ac impu gnari & iuſtificari videndum quis quid partes hinc inde in huiuſmodi cauſa im-

ſa impugnare aut iuſtificare voluerit per aliquem domini noſtri Papæ cur ſorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum com petentem. Quem etiam ſibi &c. vt ſup. poſtulauit &c. Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius contumaciam &c. ad primam &c. Eundem etiam terminum &c. vt ſupra.

gnandum ad 1.
diem.

Et appellationem aliàs pro parte ſua in huiuſmodi cauſa interpoſitam prout in actis cauſæ huiuſmodi repetitur hic repetijt, illamq; de nouo ver bo ſolùm & duntaxat re exhibuit & reproduxit in quantum tamen pro ſe parteq; ſua & contra partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam & nō aliàs de quo proteſtatus fuit & proteſtabatur expreſsè. Et nihilominus eandem partem aduerſam vlterius ad dicendum excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra eandem appellationem dicere ſiue excipere voluerit per aliquem domini noſtri Papæ curſorem citari, mandari, ad aliquem certū peremptorium terminum competentem per D. Audi. præfatum debita cū inſtantia poſtulauit. Quam quidem citationem proximè prępetitam ad prænarratum actum faciendum. D. Auditor memoratus dicto magiſtro N. procuratori inſtanti & petenti, partiq; ſuæ decreuit atque conceſſit. Eamq; prout petita extitit atque decreta &c. vt ſupra.

Procurator re
petijt appella-
tionem prout
in act. obtinens
ad dicendū cō-
tra ad 1. diem.

Hęc materia iuſtificationis, & impugnationis habet locum in cauſis ap pellationis & nullitatum. Io. And de appell. clem. appellan de appell. Et ex noua cauſa ſuperueniente non poſſum iuſtificare meam appellationem, notatur in figuratione caſus. d. clem. appellanti eod. tit & appellatio non poteſt iuſtificari ex cauſa non expreſſa in appellatione nec proceſſus iudi cialis ex hoc poteſt iuſtificari in dicta figuratione caſus, & in glo. in verſi. impugnari, & impugnatio dicitur quod reſpicit appellantem, & iuſtifica tio reſpicit appellatum, & proceſſu poteſt quare diffinitiua fuit appellatū impugnari, & iuſtificari. glo. in verb. nec proceſſus in d. clem appellanti de appell. & ex grauamine exceptionis nouorum teſtium factæ lite nō con teſtata iuſtificatur præcedens appellatio glo. in verb. ex nouis in d. clemen. appellanti, eod. tit. & ſi Iudex præcedentem appellationem, non iuſtificat appellationem niſi fuerit expreſſa in ea glo. in verb. ex nouis in d. clem. ap pellanti & veritas grauaminis non eſt probanda coram Iudice ad quem etiam ad iuſtifican. appellationem licèt probata non fuerit coram Iudice à quo gloſſ. in verb. probandis in d. clem appellanti & grauaminis verita tem probandam non fit coram Iudice à quo ad iuſtificandam appella tionem licèt probata non fuerit coram Iudice a quo gloſſ. probatur in d. clem appellanti. de appell. & hic intelligit grauamen Iudicis vel in iuſti tia proceſſus oportet quod pateat ex actis coram Iudice, vnde ſi propoſui exceptionem, probationem obtuli, & admiſſus non fui, hoc probato ap paret grauamen, ſed ſi exceptionem legitimam probaui, & iudex illam repulit, hoc probato grauamen apparet, ſed ſi excipiam contra actorem excommunicatū minori & iudex illam repulit, non iuſtificatur appellatio nec impugnatur proceſſus probando illum excommunicatum maiori de quo in primò iudicio non fuerit obiectum, item ſi appellaui per exceptio nem de loco non tuto non admiſſam non iuſtificatur proceſſus, licèt nec probetur me poſtea reconciliatum, & impugnatio reſpicit appellantem. dicit Io. And in d. clem. appellanti. ſi quis electionem, poſtulationem, vel prouiſionem factam impugnat in forma obijciens aliquid vel perſonam, & propter hoc ad nos appellari contigerit, tam is qui opponit quā qui ſe de fendit, & omnes generaliter quorum intereſt per ſe, vel per procuratorem inſtructum ad ſedem apoſtolicam iter arripiat ſub pœna priuationis bene ficiorum. c. ſtatuimus, vel primo de elec. in 6. & impugnandi iudicium ſuū

quis non ptęsumitur viam eligere. l.iij.ff.de Mil.test.& habetur impugnandum iudicium. c.cum quis. §. si quis in fine sepul.in 6o. & impugnabant 32.q.8.c. fin.aliàs non solùm.& impugnare non dicitur quis ius suum tuetur.ff.de aqua.plu.arc.l.i.§. denique.ff. de Dam. infec l.proculus ff. de iur. fisc.l.2.& in l.fisci §.fin.& in l.delator.& in.l.nulla. C. de delat. lib.x.& ibi Bald.ff.de bon.libe.l.qui cum maiore.§. accusasse. & ff. de ius uocan.l.libertus à patrono. & iusta hęc dictio idem importat quòd secundùm priuilegiis & intelligitur causaliter non conditionaliter. vt in.c. Abbate de verbo.sign.& ibi Io. And. & Anto. & impugnare non videtur quidem qui secundùm iuris dispositionem procedit. ff. de his qui,vt iud.l penul.aliàs si testamentum.& ibi glo.in verb.impugnauit, sed taliter vt perdat rectum, verè tamen impugnauit,& facit.l post legatum.eo. tit & ad hoc etiam facit.l.filio. vbi dicit quod impugnare non videtur iudicium testatoris,qui iustis rationibus in hęreditate non se implicat. & impugnatio respicit appellantem.dicit.Io.And.in clem.de appell.& facit.clem appellanti.de appell.& impugnans non debet consequi fructus. ex eo q̃ impugnat.c. ex eo.de reg iur.in.vj.impugnatur ne scriptura,si de facto hominis agitur? certè non.ff de legat.ii.l.titia.§.sempronia in solutione contrarii. Oldra. & iustificatio respicit appellantem Io. Andr in clem. de appell. & clem. appellanti.de appel. & iustificatus dicitur quis confitendo peccata sua de pen. distinc.prima.c. vtrum sola cordis.c. non potest.c. ecce distinc 33.& alio. c.ecce distinc. 41. &. c.dictum est distin 81. & iustificare personam aliud est,quàm iustificare causam:Spec. lib.2. de instrum editio. §. nũc dicamus nu.3 & cum nititur quis impugnare rescriptum,non semper,& passim admittendus est, si plura super quibus est vel esse potest quęstio fuerint in modum obiectionis obiecta.spec lib. 2. de rescrip pręsen num.xi. & impugnare volenti sententiam plura sunt consideranda. spec.lib ij.de sentẽ.§. quoniam nu 4.& iustificare personam est aliud, quàm iustificare causam. spec.de instrum.editio lib ij.§ nũc dicamus: & vitium processus si concernit sententiam,& contestationem reiterabitur.Feli.in.c. ad probãdum col. 4.nu.8.vers. vtrum in casu. de re.iudic. & impugnare non dicitur, qui ius suum tenetur ff.de aqua pluui.arcen.l. prima.§ denique. & de dam infe.l. proculus,& de iur. fisci.l.ij.& l.in fisci quęstione §.fin. & l.nulla. C. de delator. lib.x. ff de boni. libet.l.qui cum minore §. accusasse. & de ius vocan l.libertus à patrono & impugnare non videtur qui de iuris dispositione.ff. de his quib.vt indi.l.penul.aliàs si testamentum,& ibi glo in.verb.impugnauit,sed taliter vt perdat reiectum, verè tamen impugnat. de hoc etiã vide deleg.primo.l.filio. vbi dicitur quòd filius non videtur impugnare iudicium testatoris,qui in hæreditatem illius non se implicat & impugnatio respicit appellantem.Io.And. in clem. si à iudicibus de appel. & eo. tit cle leg.ii.l.titia.§.sempronia in solut.contr. Oldr.innouando,& innouare notatur in c.ii.§.cum plures & in.c.bonę el.ii §.posthæc de postul pręlat.& in nouarunt & innouauit parcius imperator.c.nouit ille.§.nec si illud.de iud. & in clem.Romani.§.primo &.§.dicitur autem &.§. eidem & de iur.iurã. item innouatum,& innouatione priuilegiorum de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta.§. nos autem & §.nuper autem,&.§.nolentes quod:& si pars contra partem aliquid innouat post iudicis citationem , ante terminum vel post,circa negotium principale qualiter, & quando debeat per officiũ iudicis in statum debitum informari.spec.in prin.de offi om iud. §.quinto vers. sequæritur & vers. illud. autem in fine. & qualiter & quando iudex reuocat litem inchoatam,vel pendentem eo §. vers post litem item pendẽ te

te relatione; vel consultatione nihil innouandum est, aliàs irritum quod agitur. spec.in titu.de relat.§.quinto.in princ.Io.Capt. Cast. & impugnandum electionem c statuimus.de elec lib.vj.& impugnandi iudicium suum quis non præsumitur uiam eligere.ff.de testa nil.l.3. & habetur impugnandum iudicium de sepul.c.cum quis in. vj. & impugnandum 23. q.8.c. fin. innouauit,& innouauit partius imperator.de iud.c.nouit ille.in.clem. Romani de iur.iuran.§ primo. & § dicitur autem,& § nos eodem,&.§. eidem etiam de iur.iurand. col.3. vt autem impugnandi sententiam, attende an sit lata per ordinarium, aut delegatum an arbitrum : si per ordinarium, oppone quod ille est seruus uel infamis, vel excõmunicatus, & similia: & oppone q̃ est actum de vna re,& iudex pronunciauit in alia re item quod iudex sine causæ cognitione,& minus plenè instructus ex abrupto,seu prę cipitanter pronunciauit:& innouare aliquid non dicitur ille qui vtitur veteri possessione. Inno.in c.à memoria in princ. ut lit.penden. & iusto possessori cedẽda sunt iura.ff.qui pot. in pign. habet.l mulier vers.sed quæ. & cessiones eisdem titulis, & causis fieri possunt. quibus aliarum traditiones. spec.libro secundo de cessio.actio. §.sciendum colum.12. & 15. numero 27.& 29. & actor tenetur ꝓbare id quod est fundamẽtum narrationis suę etiam si talis intentio sit fundata in negatiua. Afflic. in Dec.regni Dec.377. princeps, numero 7. & innouata, siue attentata per iudicem appellationis post sententiam latam debent reuocari.Feder. Scheni de appell.§. porro il primo nu.42.

DE RENVNCIATIONIBVS

COmparuit &c. N. principalis citra &c. reuocationem ac omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit omni iure suo in dictis canonicatu & præben. de quibus in præsenti causa agitur hic sibi competen. ac liti & causæ huiusmodi sponte ac libere renunciauit & rei iudicatæ in hac causa quantum in eo fuit & potuit.

Dñs N. principalis citra &c. renunciauit iuri liti, & causæ ac rei iudicatæ.

Et se ad cedendum & renunciandum liti & causę huiusmodi admitti per dominum &c.postulauit. Memoratus &c. dictum dominum. N. principalem instantem & perentem ad cedendum & renunciãdum liti & causæ,huiusmodi in quantum de iure potuit admittendum duxit & admisit. Qui dum sic admissus fuerat statim & in continenti omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma quibus melius & efficacius potuit et debuit. non vi, dolo, metu, fraude, aut aliqua sinistra machinatione aut macula vt asseruit seductus aut circunuentus liti, et causæ huiusmodi in manibus ipsius domini Auditoris sponte et libere cessit et renunciauit. Iurans nihilominus ad mandatum ipsius domini Auditoris et in eius manibus, tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia quòd in huiusmodi cessione et renunciatione nulla fraus, dolus, simoniaca labes,aut aliqua illicita pactio non interuenit seu etiam corruptella. Super quibus omnibus & singulis præmissis idem dominus. N. principalis sibi à me prę sentis causæ notario atque scriba prædicto vnum uel plura publicum seu publica fieri atque confici petiit instrumentum & instrumenta, quorum tenor talis &c. In nomine domini amen.For.instru.18. col. 2. Prę sentibus &c.

Principalis admissus ꝓ dominum renunciauit liti & causæ & tactis &c. iurauit vt hic.

Et iuri liti, & causæ huiusmodi tam in petitorio quàm in possessorio pure liberé, simpliciter & in eius certa scientia non coactus, non seductus vt asseruit ac se super dicto canonicatu & præben. ecclesiæ. N. de quibus agi

Prĩcipalis admissus renunciauit iuri liti & causę.

tur

& tactis &c. iurauit.

tur nil agere velle allegandum duxit & allegauit. Dictamq; partem admittendam ad renunciationem admitti per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc &c. ad præmissa principalis instantiam renunciationem huiusmodi admittendum duxit & admisit. Recepto nihilominus primitus ab eodem domino. N. principali ad mandatum ipsius domini Auditoris. Et in eius manibus tactis corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia præstito iuramento quod in renunciationis huiusmodi dolus, fraus, simoniaca prauitas, illicita pactio, vel corruptela non interuenit. Super quibus omnibus & singulis &c. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N. & N. notarijs publicis dictiq; domini Auditoris & coram eo scribis clericis. N. & N. diœce. testibus ad præmissa vocatis, specialiter & rogatis.

Principalis acquieuit sententiæ rerum renũciando iuri, liti, & causę, cui principalis ex aduerso remisit expẽ. Pũtibus &c.

Comparuit vel constitutus. N. principalis citra &c. Et sententiæ supradictæ vt præmittitur contra eum latæ expresse acquieuit. Et nihilominus omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit simpliciter & non dolo aut metu seu aliqua alia sinistra machinatione circunuentus, sed ex certa sua scientia & spontanea ac libera voluntate appellationi, à supradicta sententia lata interponendę, quam ab eadem posset interponere. Necnon iuri sibi in dictis canonicatu & præbenda de quibus hic agitur seu ad illos quomodolibet competen. acliti & causæ huiusmodi in manibus ipsius domini Auditoris expresse renunciauit & cessit. Quam quidem cessionem & renunciationem dominus Auditor præfatus in manibus suis vt præmittitur fact. admittendum duxit & admisit. Recepto primitus ab eodem domino. N. principali ibidem adhuc vt præmittitur præsenti & personaliter constituto ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia præstito iuramento quod in renunciatione & cessione huiusmodi fraus, dolus, siue quæuis illicita pactio non interuenerunt, neque interuenit, seu etiam simoniaca prauitas aut corruptella Quibus quidem cessionis & renunciationis admissione & receptione sic vt præmittitur factis præfatus dominus. N. principalis ibidem præsens omnes & singulas expensas pro parte sua in huiusmodi causa legitimè factas. Et in quibus ipse dominus. N. ex aduerso principalis extitit vt prętertur sententialiter condemnatus eidem. D. N. ex aduerso principali pure & simpliciter duxit remittendum pariter & remisit. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfati. N. & N. respectiuè principalis à me præsentis causæ notario atque scriba prædicto vnum vel plura &c. & quilibet eorum petiit tot quot forent necessaria & opportuna, instrumentum & instrumenta Præsentibus &c.

Principalis dat cedulam renũciationis facto.

Et habens ac tenens in manibus quandam renunciationis siue resignationis iuris sibi in dicta parrochiali ecclesia N. de qua agitur seu ad illam quomodolibet competentis papiri cedulam facto realiter & in scriptis &c. atque dedit. Et nihilominus non vi, dolo, &c. circumuentus aut coactus, sed sponte ac libere, iuri, liti, & causæ in dicta parrochiali Ecclesia seu ad illam sibi quomodolibet competen. omnibus melioribus &c. debuit iuxta præfatæ per eum oblatæ cedulæ vim, formam, & tenorem renunciauit, & illam resignauit. Et nihilominus renunciationem & resignationem huiusmodi admitti per dominum &c. postulauit &c. Memoratus tunc dominus Auditor attendens insuper postulationem huiusmodi fore iustam & consonam rationi Recepto primitus ab eodem domino. N. principali & per eum ad mandatum ipsius domini Auditoris &c. euangelia, quod in huiusmodi renuntiation & resignatio. non interuenerunt nec interuenerit

rit fraus, dolus, simoniæ labes, aut alia illicita pactio vel corruptela præstito iuramento ipsas renunciation. & resignation. in quantum melius de iure potuit admittendum duxit, & admisit. Aliasq; & alia fecit prout & quemadmodum in quodam renunciation. instrumento publico per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictũ in notam recepto &c.

In materia renunciationis, Nota quod non potest renunciari beneficio, nequis conueniatur vltra quàm facere possit, si competit ratione persone secus si ratione contractus, aut aliàs. Innoc. in c odoardus col. v. nu. 2. de solutio. glo. in l obuenerit ff. de re iudic. ibi allegata per eum. Renuntiare potest quilibet facientibus in fauorem suum laso. in l qui Romę col. ij. nu ij. ff de verbo. obliga. Renunciare liti, & renunciare liti, & causæ, differunt. Rot. in nou. Dec. 3. aliàs 306. de renuncia. si actor in princi. Renunciare liti, & renunciare liti, & causæ, differunt: nam renuntiare liti videtur respicere instantiam, renunciatio verò litis, & causæ, totum negotium in iudicium deductum. Rot. in nou. de renunci. dec. 3. aliàs 306. si actor num. 2. Renunciatio siue resignatio & cessio differenter, & alius pro alio ponitur aliquando: nam cessio est iurium quæ habes, Resignatio verò est beneficij quod possides, not. Alfon sotto. super. Reg. 43. Innoc. viij col. ij. & renunciatio litis potest fieri parte absente. Rot. in nou. de renunci. dec. 3. aliàs 306. si actor in fine. & renunciatio litis, & iuris, vel alterius an potest fieri coram ordinario. Rot. in noui. de renun. ea. dec. 3. in fin. Renunciatio litis non potest fieri coram Auditore Rotæ, vel in manibus ipsius sine spāli commissione Rot. in nou eo. ti. ea. decisi actor. num. 3. Renunciatio iuris potest fieri in manibus Auditoris Rotę & absoluen. ad Cautelam de expresso mandato Rotæ, Rot. in nou de Resig. Dec. 3. aliàs 306. si actor nu. 3. & renunciatio beneficij inualida facta in manibus non habentis facultatem admittendi eam tenet in præiudicium resignantis. Io. de selua de benefi. quæst. 24. in fine. Casso. de renuntiatio. Dec. 2. nu. 3. Rot in anti Bisignet. Dec. prima. vtrum si aliquis resignat & resignatio beneficij etiam reseruati ex causa permutationis inducit verum modum vacandi, etiam quò ad possessionem saltem quò ad resignantes. Stafil. de grat. & expec. de var. mod. vacatio. § vt in hæc. colum ij. nu 5. Rot in nou de rer. permu. Dec. j. aliàs 23. fuit dubitatum, & resignatio beneficij debet fieri sine pacto aliquo Stafil. de grat. & expec. de var. mod. vac. § & in hac col 4 nu. 26. & 27. & renunciatio beneficij facta per metum non dicitur voluntaria, & libera. Stafil de grat. & expec var. mod. vaca § & in hac nu 22. & renunciatio facta metu non dicitur voluntaria, & libera. Stafil de grat. & expec. de var. mod. vac. § & in hac nu. 25. & renunciatio beneficij facta in manibus Episcopi, etiam ex causa permutationis, & illius admissio, & collatio de eo facta probatur per literas Episcopi suo sigillo sigillatas siue testiũ, & tabellionis super prouisi. beneficij facta in manibus suis etiam ex causa permutationis, & admissa, & collatione per eum facta, si hęc omnia vno tempore coram eo, & per eum facta fuerint Rot. in Antiq. de proba dec. 16. aliàs 397. nota creditur. & in nou. dec. 17 aliàs 105. eod. ti. de proba. nota quòd creditur vbi notatur quòd quò ad prouisiones & collationes beneficiorum non creditur literis Episcopi sigillatis sine testibus, & subscriptione notarij, sed concorda prout ibi dicta Dec. 17. quòd non creditur in præiudicium expectantium. Renuntiacio beneficij inualida, seu facta in manibus non habentis facultatem admittendi eam tenet in prejudicium resignantis. Ioan. de Selua de benefic. quæst. 24 in fin. & Cassod. de Renuntia. Dec. 2. nume. 3. Rot. antiq. Bisignet. de renunciat. Dec prima, vtrum si aliquis resignet. & renunciatio beneficij etiam reseruati, etiam ex causa permutationis inducit

ducit verum modum vacandi etiam quò ad possessionem, saltem quò ad
resignātes. Stafil. de grat. & expec. de var. mod. impetran. vacat. §. & in hac,
col. 2. nume. 5. Rot. in nou. de rer. permuta. Dec. prima, aliàs 23. fuit dubi-
tatum, & renunciatio beneficij debet fieri absque alio pacto. Stafi. de grat.
& expec. de var. mod. vacat. §. & in hac, col. 4 numero 26. & 27. Et renun-
ciatio, siue resignatio, & cessio differunt, etiam alius pro alio ponitur ali-
quando: nam cessio est iurium, quæ habes, in resignatione verò est bene-
ficij quod possides: not. Alfon. Sotto super Regul. 43. Innoc. viij. colum. ij.
& renunciatio litis potest fieri parte absente. Rot. in nou. de renunciatio-
Quendam proceſſum uigore certarum literarum compulſorialium generalium aliàs per dominum N. Auditorem in huiuſmodi cauſa ad partes decretarum & in partibus coram. N. iudice compulſore uigore clauſulæ. Vniuerſis & ſingulis &c electo & deputato habitum factum extractũ clauſum eiusq; ſigillo de cera rubea in capſula ferrea pendẽ munitum & ſigillatum, ac per diſcretum uirum magiſtrum. N. clericum. N. diœceſis. N. auctoritatibus notarium ut prima facie apparuit ſubſcriptum & ſignatum facto realiter & cum effectu exhibuit produxit atque dedit.

Si litera miſſiua.

Quandam literam miſſiuam domini. N. domino. H. de partibus. N. ad Rom cu. directam (clauſam) apertam facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris &c. ut ſupra.

Tenor verò iurium & munimentorum per compulſum productorum unde ſupra fit mentio ſequitur, & eſt talis.

Nota quòd quando ſunt producenda iurata aliqua clauſa ad euitandũ periculum cauſæ, principalis, ſiue eius procuratoꝛ datis prius dictis iuribus in manibus alterius ex notarijs iudicis petit & obtinet per notarium cauſæ ex decreto iudicis obtinet illum connotarium compelli ad producendum iura facictia ad cauſam, quæ per illum notarium producuntur pœnes acta cauſę, & notarius cauſę notat & ſcribit, comparuit Antonius principalis & obtinuit per dominum compelli Cæſarem Quintillium ad producendum ad hanc cauſam facienti a, & penes eum exiſtentia, & notarius notat poſt modũ & dicit deinde, tali die dominus Cęſar Quintillius connotarius eõ pulſus ſub pœna cenſurarum producit iura: & hoc fit ne iudex & pars aduerſa ſuſpicentur dictis iuribus.

Et iura tranſumptata ex actis faciũt fidem in eadem cauſa quando inſtrumentum fuit productum & regiſtratum & deinde deperditum. Bal. in l. fin. col. xi nu. 42 C. de edict. diu. Adrian. & iura exemplata & publicata parte non citata dicuntur publica & authentica. Rot in no. de fit inſt. Dec. 1. Abas. ro. fuit dubitatum in prin. q. procedit iuribus non publicatis per ipſummet notarium de eis rogatum & in iuribus tangentibus certam perſonam ut priuilegium & indulgentia ſufficit edictũ generale niſi publicentur per eum qui confecit, quia tunc non requiritur edictum niſi fuerint ſuſpecta quod exemplatur. Rot. in additione ad d. Dec primam.

Et iura exiſtentia penès tertium ex cauſa debent edi duobus alijs collitigantibus vera propria, quæ ſunt petentis illa edi tertiò penès quem ſunt edi debeant contra fiſcum.

Et iura exiſtentia penès tertium an ex cauſa edi debeant duobus alijs collitigantibus dic quod non cogitur, poteſt tamen ſi uult edere non poteſt edere contra fiſcum niſi iure ſi ut petentis, cogitur iudicis officio, & nõ aliàs ad tradendum iura publica, ut puta excommunicationes bannimenta & ſimilia, non autem iura inter priuatas confecta, ut inſtrumenta. Abba. in c. 1. col. 5. nu. 23 uſque ad 24. de probatio.

DE

DE SVMPTO PRODVCENDO.

Procurator pro duxit sumptum infrà designatū facto & in contumaciā pduxit 2. testes qui cōpulsi vel admissi iurauerunt tact su per recognitione signeti & eo ipsis ostenso recognouerūt vt infra.

Nomina testiū. Iuramēta testiū.

ET quoddam sumptum ex registro bullarum vel literarum apostolicarum domini nostri Papæ clausum filo albo circumligatum & signeto paruo de cera rubea desuper impresso vt moris est signatum facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et nihilominus duos testes videlicet. N. & N. ibidem præsentes & astantes vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de, & super recognitione signeti huiusmodi sumpto apposito & impresso exhibuit atque produxit. Quos ad hoc admitti eorumq; solita iuramenta recipi & examinari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit.

Quos quidem testes ibidem vt præmittitur præsentes & astantes vt & tanquam testes Dominus Auditor præfatus ad dicti. N. procuratoris instantiam ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione antedicta admittendum duxit & admisit. Qui quidem testes dum sic admissi fuerant statim & incontinenti ad mandatum ipsius Domini Auditoris, & in eius manibus tactis per eos ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iurauerunt & dixerunt, ac quilibet eorum iurauit & dixit se velle dicere & deponere puram meram claram sinceram & omnimodam quam sciuerint & quilibet eorum sciuerit in huiusmodi causa veritatem de & super recognitione signeti huiusmodi, prece, pretio, fauore, amore, ira, odio, inuidia, rancore, timore & qualibet alia siniſtra machinatione in premissis postposita penitus & semotis. Subsequenter verò præfatus Dominus Auditor prædict. testibus ibidem adhuc vt præmittitur præsentibus & astantibus, sumptum huiusmodi ac signetum eidem sumpto appositum & impressum demonstrauit atque ostendit, eosq; an sigillum huiusmodi dicto sumpto vt præmittitur appositum & impressum recognoscerent vel ne interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eisdem vt ad hanc suam interrogationem medijs eorum superius vt premittitur præstitis iuramentis responderent, & quilibet eorum responderet. Qui quidem testes sicvt præmittitur per dominum Auditorem interrogati, Visis tamen primitus per eos & eorum quemlibet ac diligenter inspectis sumpto ac signeto huiusmodi se dictum signetum bene recognoscere, & esse illius cuius inibi esse dicitur, videlicet venerabilis & egregij viri domini. N. literarum apostolicarum registratoris sub eorum superius præstitis iuramentis respondendo dixerunt, & vterq; eorum respondit atque dixit.

Recognitio testium.

Si auditor habet signetum pro recognito.

Aliquando sic. Et tunc Dominus Auditor prafatus ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam vlteriorem, signetum huiusmodi præfato sumpto vt præmittitur appositum & impressum habuit & haberi voluit pro sufficienter recognito, sumptumq; huiusmodi aperiri mandauit & haberi voluit pro aperto.

Quo facto idem in cont. obtinuit aperiri mandari sumptum quod notar. de mandato aperuit facto tenoris &c.

Et partis sibi in huiusmodi causa non comparentis, neque sumptum de registro bullarum domini nostri Papæ extractum clausum signatum & per testes sufficienter recognitum superius vt præmittitur pro parte dicti N. principalis in huiusmodi causa productum aperiri & pro aperto haberi mandari videre seu audire, nec etiam aliquam causam rationabilem quare huiusmodi sumptum aperiri non debeat allegare curantis, contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam sumptum prædictum vt præmittitur recognitum aperiri & pro aperto haberi

beri mandari per Dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam dictum sumptum, vt præmittitur pro parte. N. procuratoris in huiusmodi causa productum, & recognitum per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum aperiri, & pro aperto haberi voluit, iussitq; pariter atq; mandauit. Ex tunc ego præsentis causæ Notarius atq; scriba prædictus sumptum huiusmodi de mandato Domini Auditoris præfati mihi desuper vt præfertur facto aperiendum duxi, & aperui realiter & cum effectu, præsentibus &c.

Quo facto idem magister. N. procurator ibidem adhuc, vt præmittitur præsens, & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens, præfatum sumptum sic, vt præmittitur superius datum, & exhibitum atque productum ac recognitum hic repetiit, illudque de nouo verbo solùm & dumtaxat exhibuit atque produxit. In quantum tamen pro, & se dicta parte sua, & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciat seu quomodolibet facere videatur, & non aliàs aliter nec alio modo, de quo protestabatur, & protestatus fuit expresse. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi sumptum, vt præmittitur datum exhibitum recognitum, & redditum dicere siue excipere voluerit per aliquem Domini nostri Papæ cursorem citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per Dominum Auditorem præfatum debita &c. vtsupra.

Tandē dictus p cur. repetijt sumptum in quātū &c obtinens ad dicendum contra ad i. diem. p.q.c.

Et quoddam sumptum supplicationis cedulæ de registro supplicationum Domini nostri Papæ extractum, clausum & signatum facto realiter & in scriptis infrascripti &c.

Et quoddam sumptum regulæ siue constitutionis Cancellarie apostolicę de eadem Cancellaria & eius libris extractum clausum & sigillatum &c.

Proc pduxit sūptū ex registro bullarūclausum fcō & pduxit. ii. testes super recognit. signeti qui admissi tact. &c. iurarunt.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos testes in huiusmodi causa recipi produci & iurari & ad iurand. admitti de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de, & super recognitione signeti prefato sumpto appositi, & impressi. Neque sumptum huiusmodi postquam recognitum fuerit aperiri videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam duos testes ibidem præsentes & astan. videlicet venerabiles viros Dominos. N. & N. vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de, & super recognitione signeti antedicti exhibuit atque produxit. Quos ad hoc sub pœna excommunicationis cogi, & compelli eorumq; solita iuramenta recipi, necnon interrogari, & examinari per Dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memorarus tunc Dominus Auditor &c. contumacē, Et in eius contumaciam ad ipsius. N. procuratoris instantiam præfatos testes ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione antedicta sub dicta excommunicationis pœna compellendum duxit, & cogendum, compulitque pariter & coegit. Qui quidem testes dum sic compulsi fuerant statim & incontinenti ad mandatum ipsius Domini Auditoris & in eius manibus tactis per eos ob hoc corporaliter &c. vtsupra.

Procu. produxit sumptum supplication. Procu in cōt. pduxit. ij. testes super recognitio. signeti qui compulsi iurarunt.

Si per audientiam contradict. proceditur.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium neque &c.

Vel sic, quando compellitur ex aduerso procurator ad recognoscēdum.

Magr N. procu. obtinuit cōpelli N. ex aduerso p

Et quoddam sumptum de registro literarum Apostolicarum extractum & emanatum clausum, vt moris est & signatum, facto realiter & in scriptis

curatorem pſen
tem ad recogno
ſcẽdum vel me-
dio ſuo iuramẽ-
to negand. ſigne
tũ ſumpti vel ſi-
gillũ proceſſus
de partibus ſub
pœna excõmu-
nicationis qui
compulſus me-
tu &c. recogno
uit in forma nõ
tamen confiten
do ſeu approbã-
do cõtenta ĩ eo.

ptis infraſcripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et nihilominus ſu-
pradictum magiſtrum. N. ex aduerſo procuratorem præſentem audien.
& vt apparuit intelligen. ad recognoſcendum ſignetum huiuſmodi ſum-
pto (vel ſigillum proceſſus de partibus) appoſitum & impreſſum vel me-
dio ſuo iuramento prẽſtando negandum ſub excommunicationis pœna
cogi & compelli eiusq; ſolitum iuramentum recipi & examinari de ſuper
ac interrogari per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia
poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magiſtri. N. procu
ratoris inſtan. prẽfato magiſtro. N. procuratori ibidem vt præmittitur pre
ſenti audienti & vt apparuit intelligenti ſumptum huiuſmodi ac ſignetum
eidem ſumpto (vel ſigillum dicto proceſſui) appoſitum & impreſſum de
monſtrauit atque oſtendit. Eumq; an ſignetum dicto ſumpto vel ſigillũ
dicto proceſſui appoſitum & impreſſum recognoſceret vel ne interrogan-
dum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eidem vt ad hanc ſuã
interrogationem medio ſuo iuramento reſponderet eumq; ad hoc ſub ex
communicationis pœna cogendum duxit & compellendam, compulitq;
pariter & coegit. Qui quidem magiſter. N. ex aduerſo procurator ibidem
vt prẽmittitur præſens & interrogatus viſo primitus per eum ac diligenter
inſpecto ſigneto huiuſmodi ſumpto impreſſo vel ſigillo dicto proceſſui, ap
poſito ſtatim & incontinenti metu excommunicationis vt aſſeruit ad mã
datum ipſius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc
corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia iurauit, & di-
xit ſignum huiuſmodi dicto ſumpto vel ſigillum dicto proceſſui appoſi-
tum & impreſſum bene recognoſcere, & eſſe illius cuius inibi eſſe dicitur,
videlicet domini. N. literarum apoſtolicarum regiſtratoris vel venerabi-
lis viri domini. N. iudic. &c. non tamen per hoc contenta in eodem ſum
pto vel proceſſu confitendo ſeu approbando, de quo ſolenniter proteſta-
tus fuit & proteſtabatur expreſsè. Et tunc dominus Auditor præfatus ad
dicti magiſtri. N. procuratoris inſtantiam vltetiorem ſignetum, vel ſigil-
lum, huiuſmodi præfato ſumpto vel proceſſui vt præmittitur appoſitum
& impreſſum habuit & haberi voluit pro ſufficienter recognito. Sum-
ptumq; vel proceſſum huiuſmodi aperiri mandauit & haberi voluit pro
aperto. Et tunc ego prẽſentis cauſæ notarius atque ſcriba prædictus dictũ
ſumptum, vel dictum proceſſum, ſuperius vt prẽmittitur recognitum hu
iuſmodi de mandato mihi per dominum Auditorem de ſuper facto ape-
riendum duxi, & aperui, præſentibus &c.

Procur. obtinuit compelli. N. notarium ad producendum iura &c. qui cõpulſus ꝓduxit ſumptũ hic deſcriptũ allegans eſſe recognitum, ꝙ ſumptum ipſe. N. ꝓcura. repetijt in quantũ &c. obtinens ad dicendum contra ad r diem.

Et diſcretum virum. N. ſacri palatij apoſtolici cauſarum notarium ibi-
dem præſentem & iudicialiter repertum ad producendum & exhibendũ
nonnulla iura & munimenta &c. facientia ſub excommunicationis pœ-
na cogi & compelli per dominum Auditorem præfatum debita cum in-
ſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad ſupradicti magi
ſtri N. procuratoris inſtantiam ſupradictum. N. notarium ibidem præſen-
tem & iudicialiter repertum ad producendum & exhibendum huiuſmodi
iura & munimenta penes eum exiſtentia, ad hanc cauſam facientia ad ſta-
tim videlicet ad hanc horam audientiæ cauſarum præſentis diei antiquam
ipſum D. Auditorem de loco ſuo iudiciali recedere contingat &c. ſub di-
cta excommunicationis pœna coegit, compulit, monuit & eequiſiuit. Qui
quidem notarius dum ſic vt prẽmittitur per dominum Auditorem præ-
fatum monitus, requiſitus ac compulſus fuerat metu excommunicationis
ductus & non aliàs vt aſſeruit, nonnulla iura & munimenta, videlicet
quoddam ſumptum gratiæ expectatiuæ de regiſtro bullarum domini no-
ſtri Papæ apertum facto &c. tenoris &c. atque dedit. Quod quidem ſum-

ptum

ptum dictus. N. notarius aliàs in quadam cauſa. N. coram dominino ſuo
N. productum fuiſſe clauſum & ſignatum ac per ſufficientes teſtes reco-
gnituri fore allegando dixit & allegauit. Et nihilominus idem notarius
quòd poſtquam huiuſmodi ſumptum apud acta præſentis cauſæ regiſtra-
tum fuerit ſibi reſtituatur ſolenniter proteſtatus fuit & proteſtabatur ex-
preſsè. Quæ quidem iura idem magiſter. N procurator ibidem adhuc prę
ſens &c. vt ſup. mutatis mutandis.

DE PRAEFIXIONIBVS.

ET prẽfato ma. N. ex aduerſo procuratori (vel præfato. N. ex aduerſo principali) ibidem præſenti audien. & vt apparuit intelligen. Ad dice-
dum & excipiendum &c. aliquem certum peremptorium terminum com
peten. præfigi ſtatui & aſſignari per D. Auditorem præfatum debita cum
inſtantia poſtulauit. Quem quidem terminum proximè præpetitum ad
prænarratum actum faciendum. D. Auditor prẽfatus ad ipſius magiſtri
N. procuratoris, vel ipſius. N. principalis inſtantiam præfato magiſtro N.
ex aduerſo procuratori (vel præfato domino. N. ex aduerſo principali)
ibidem adhuc vt prẽmittitur præſenti, audienti, & vt apparuit intelligenti
ad primam diem iuridicam &c. (vel ad hodie per totum diem) qua eun-
dem dominum Auditorem Romæ &c. ſedere contingerit duxit perem-
ptoriè præfigendum, ſtatuendum & aſſignandum, præfixitq; pariter &
aſſignauit.

Procurator obtinuit ex aduerſo procuratori vel principali prẽfigi terminum ad dicendum &c. ad. 1. vel per totam audientiã.

Vel ſic. Sedere contigerit ſub pœna repulſion. ſeu reiectionis iurium &
munimentorum producendorum huiuſmodi prẽfigendum duxit & aſſig-
nandum, præfixitq; pariter & aſſignauit.

Et præfato magiſtro. N. ex aduerſo procuratori ibidem præſenti au-
dien. & vt apparuit intelligenti ad videndum & audiendum nonnullos
teſtes in huiuſmodi cauſa produci &c. admitti per totam audientiam cau
ſarum apoſtolicarum &c. contigerit & abire. Et poſtquam teſtes huiuſ-
modi iurauerint ad dandum & exhibendum interrogatoria &c. voluerit
per iſtam & ſequen. dies &c. aſſignauit.

Procur. obtinuit ex aduerſo ꝓcuratori prẽfigi terminum ad videndũ iurare teſtes per totã audientiam & poſtquã iurauerint ad dãdum interrogatõ. per iſtam & ſequentem diẽ.

Et ſibi partiq; ſuæ. Necnon dicto magiſtro. N. procuratori ex aduerſo
præſenti audien. & vt apparuit intelligenti ad dicen. &c. aliquem certum
peremptorium terminum competen. præfigi ſtatui & aſſignari per domi-
num auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Quem quidẽ
terminum proximè prẽpetitum ad prænarratum actum faciendum domi-
nus auditor præfatus dicto magiſtro. N. procuratori inſtanti & petenti.
Necnon dicto magiſtro. N. ex aduerſo procuratori preſenti audienti & vt
apparuit intelligenti partibusq; ſuis ad primam diem iuridicam &c. ſedere
contigerit peremptoriè præfigendum duxit ſtatuendum & aſſignandum
præfixitq; pariter ſtatuit & aſſignauit.

Procurator obtinuit ſibi & N. ex aduerſo procuratori præſenti prẽfigi terminũ ad dicendũ &c.

Et partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparent neque &c.
Et in eius contumaciam præfato magiſtro. N. ex aduerſo procuratori ſu-
peruenienti vlterius ad dicend &c. aliquem certum peremptorium termi-
num competen ſibi partiq; ſuæ eundem terminum ad conſimilem actum
faciendum prẽfigi ſtatui pariter & aſſignari per dominum auditorem prę
fatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus audi-
tor &c. contumacem. Et in eius contumaciam terminum proximè præ-
petitum ad prænarratum actum faciendum dicto magiſtro. N. procurato-
ri inſtanti & petenti, partiq; ſuæ. Necnon parti ſibi in huiuſmodi cauſa
aduerſę abſenti ad primam &c. & aſſignauit. Eidem magiſtro. N. ex ad-

Procur. obtinuit ex aduerſo ꝓcuratori prẽfigi terminum ad videndũ iurare teſtes per totã audientiam & poſtquã iurauerint ad dãdum interrogatõ. per iſtam & ſequentem diẽ. Procurator obtinuit ſibi & N. ex aduerſo procuratori præſenti prẽfigi terminũ ad dicendũ &c. Procurator in cõt. &c. obtinuit prẽfigi ex aduerſo ꝓcuratori ſuperuenien. terminum ad dicẽdum &c.

uerſo

uerso procuratori asserto ibidem adhuc præsenti audienti & superuenienti &c.

Procurator obtinuit ex aduerso procuratori absenti præfigi terminum ad verificādum ad primam diem cum intimatione p. q. c.

Et præfato magistro. N. ex aduerso procuratori licèt absenti ad verificandum. &c. postulauit. Quem quidem terminum &c. præfixit, pariter statuit & assignauit. Quam quidem termini præfixionem dominus Auditor præfatus dicto. N. ex aduerso procuratori absenti per quemcunque domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitimè requisitus fuerit, intimari voluit, iussitq; pariter & mandauit.

Vel sic, ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis quicquid ipse magister. N. ex aduerso procurator in huiusmodi causa probare voluerit &c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque sibi aliquem certum peremptorium terminum competentem ad probandum & probatum habendum per omne genus probation. necnon ad producendum quicquid ipse magister. N. procurator in huiusmodi causa probare & producere voluerit sub pœna excomunicationis iuxta & secundū sua facta & præsentata commissionis vim formam, continentiam, & tenorem prædictæ ipsi domino Auditori vltimò vt præmittitur in huiusmodi causa norem præfigi statui, & assignari, videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam dictæ parti aduersæ, siue dicto magistro. N. ex aduerso procuratori licèt absenti aliquem certum peremptorium terminum competentem ad probandum & probatum habend. vt supra præfigi statui & assignari per dominum auditorem præfatum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem & in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam terminum proximè præpetitum &c. dictæ parti aduersæ siue dicto magistro N. ex aduerso procuratori licèt absenti iuxta & secundum supradictæ ipsi domino auditori vltimò vt præmittitur in huiusmodi causa factæ & præsentatæ commissionis vim formam continentiam & tenorem ad secundam diem iuridicam proximè immediatè sequentem qua eundem dominum Auditorem &c. sedere contigerit duxit peremptoriè præfigendum statuendum & assignandum, prefixitq; pariter statuit & assignauit.

Quam quidem termini præfixionem Dominus Auditor præfatus dictæ parti aduersę absenti &c. per quemcunque Domini nostri Papæ cursorem &c. intimari voluit, atque mandauit vt suprà.

DE PROROGATIONIBVS.

Compartiit magister. N. obtinuit sibi prorogari terminum ad dicendū cōtra ad primam &c.

ET sibi partiq; suæ præsentis diei terminum videlicet ad dicend. &c. ad aliquem certum peremptorium terminum competen prætextu copiæ nondum habitę prorogari per dominum &c. postulauit. Quem quidem terminum proximè prępetitum ad prænarratum actum faciendum Dominus Auditor memoratus eidem magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ hinc ad primam diem iuridicam proximè & immediate sequen. qua eundem &c. sedere contigerit peremptoriè prorogandum duxit & prorogauit.

Vel sic. Et sibi copiam iurium & munimentorum pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa productorum, nondum habuisse neque aliàs habere potuisse allegando dixit & allegauit. Quare sibi partiq; suæ terminum ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis cōtra iura &c. aliquem vlteriorem terminum competentem prorogari per Dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Quem quidem termi-

terminum &c. vt suprà.

Dominus auditor prorogauit oēs terminos cārum suarū hinc ad primam propter infirmitatē suam.

Comparuit. N. procur. & in cōt. obtinuit prorogari terminum ad replicand hīc ad primam.

Dio &c. R.P.D. auditor præfatus propter infirmitatem suam Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico &c. pro tribunali nō sedebat. Quare idem Dominus Auditor omnes & singulos terminos in quibuscunque causis sibi commissis ad hanc diem penden. suo ex officio hinc ad primam diem iuridicam &c. quaeundem &c. sedere contigerit prorogandum duxit & prorogauit.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque præsentem terminum videlicet ad dicend. & replicand. quicquid verbo vel inscriptis contra exceptiones articulatas superius vt præmittitur pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datas exhibitas & productas dicere siue replicare vellet aliàs eidem magistro. N. procurat partiq; suæ præfixum & assignatum prorogari videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciā huiusmodi terminum aliàs sicut prędmittitur eidem ma N. procuratori, partiq; suæ prędfatę prędfixum & assignatum sibi ad aliquem certum vlteriorē peremptorium terminum competen. prętextu copię exceptionum prędictarum nondum habitę prorogari per Dominum Auditorem prętatum debita cum instantia postulauit.

Memoratus &c. Dictam partem aduersam &c. contumacem Et in eius contumaciam terminum proximè prępetitum ad prenominatum actum faciend eidem magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suę hinc ad primam diem iuridicam &c. sedere contigerit peremptorie prorogandū duxit, atque prorogauit.

Prorogatio in iurisditionem iudicis per errorem facta non est valida. l qui per errorem & ibi Bar. in princip ff. de re iudi. & l. consensisse in prin. ff. de iudic. & promulgare est ponere sub compendio ab alijs inuenta licèt sparsim posita, & promulgare est de nouo constituere glo in versi. compositum in proœ. digestorum Promulgatorię literę ordinarij dicuntur quę promulgant, siue dis onunt vt in literis promulgantibus excommunicationes Abb. in c per cessionem col. 7. nume. 5. de probation. & prorogabitur. c. de his qui in metallum damnantur l. 1. lib. 10. & prorogamus ex de reg. iur. c. constitutionem lib. 6. & vide ibi & prorogādo statuimus de elan dest. desp. c. vlti. prorogatio & reuocatio sunt idem Bart. 1ub in rebus. § 1. ff. de precario. Prorogatio quot modis fiat Bar. & Pau. de Castr. in l. secunda §. fin. ff de iudi. prorogatio quomodo cognoscatur quando fiat tam in iudicem iur. tanquam in arbitrum l. 1. ff. de iudi. prorogatio iurisditionis per quos actus & modos dicatur fieri Bar. & alij in l. si conueniri. ff. de iur. omni. iudic. in quibus casibus possit prorogari iurisditio & in quibus non, docto. in l. 2. c. qui pro sua iurisditione, & iurisditio delegata potest prorogari. doct in l. 1. de iudi. in quibus autem casibus & per quas personas potest fieri prorogatio iurisditionis delegatę, siue ordinarij & quę requirantur in ea, vide plenè & notabiliter per doctores in c. 1. & gloss de offic. delega. & nota quòd prorogatio potest fieri tacite in alienum iudicem adeundo coram eo litigando, nec requiritur expressus consensus, vt notat Bart. in del. 2 & iudi. & docto in c significasti de for. competen. & in c. ad petitionem de accusat præsertim. Abba in 2. colum nota tamen quòd sola patientia in substinendo alium iudicem procedere non prorogat iurisdictionem iudicis, sed oportet quòd interueniat ex parte illius aliquid facti, facit q̄ not. Innoc. in c. olim & 3. de restit. spoliat. & Abb. in allegato c. ad petitionem Item nota q̄ prorogatio non habet locum in his quæ sunt meri & mixti imperij, vnum etiam aduertè quod prorogatio termini intelligitur

gitur sci icet cum omnibus suis qualitatibus. l.labeo la prima in principio & ibi Bart.de arbit.& Alexander in l.lecta.ff.si cer.petat, an verò & quãdo iuris error impedit prorogationem, vide per Alexandrum & alios in l. per errorem & l. si conuenerint de iuris.omn iudic. & per doctores in l. 2. ff. de iudic.& in t.eod tit.de iudi.& per Abb in allegato c.ad petitionem proro gationis materiam, & an iurisditionẽ prorogare possit quem pœnitere & quid operetur patientia de respondendo coram iudice plenè, per doct. co c 1.de iudi.& per Abb col. 2. & 7. de qua materia vide.l. sed si manente de præcar.& omnino Bald. in l. si cum dies de arbitr.& consi. Oldra.incip. an si capitulum,& ponuntur xv. aut xvj quæstiones quotidianę in hac mate ria per specul. tit. de comp.iudi.ad § 1.versi. quid si duo, & sequitur per l. col & vltra doctrina verò de prorogando causas tangitur per eundem titu lo de exceptiõ.& replication.§.4 versic. item. De prorogatione iudicis ad alium iudicem.item de tempore ad tempus de loco ad locum, vide per Fe li.in c.inquisitiui.§.fin.in 6.col.de accusatio. Vltimò nota quòd prorogatio temporis debet fieri ante tempus finitum per eum d.c.causam col. vlti. in fin.de re iudi. remissiue & ibi quòd consensus iudicis qui in dicta proroga tione est necessarius,non potest prẽstari post terminum. l.Bapt. Castel.& prorogare aliquando idem est promittere ff.de pactis. l. sumptus,aliquan do ideſt appropriare. ff de orig. iuris.l. 1.§.deinde, aliquando extendere ff. de procuratoribus,l.sed si manente quod aliqñ soluere. ff. locat. l. tibi. ibi prorogasti , i. soluisti, & vide de significatione huius dictionis extra de so ro competen. c.Romana libr.6. & de proregatione iurisditionis vide de iu di lege 1.& c de Episc.audien.l.episcopale de iurisdit.omn.iudi.l.prelatorũ & prorogare ideſt extendere, ex quo infertur quòd si quis non habet alias iurisditionem , illa extendere non valet vt c. ad dissoluendum de sponsa. impub.& l.dotem ff.de verb.oblig.quod etiam procedit quò ad forum pœ nitentiale.not. Abba.in c.significasti de elec. & prorogando statuimus de clandestino desponsat.c.vlt. prorogatio & reuocatio sunt idẽ, Bar. & Pau do fiat tamq̃ in iudicẽ & prorogatio quomodo cognoscitur quan tanquam in iudicem & tanquam in arbitrum l. 1. cod. tit. de iudi. in quibus casibus possit prorogari iurisdictio & in quibus non. docto. l. 2. c. qui pro sua iurisditione, prorogatio iurisditionis per quos actus , & modos dica tur fieri Bart.& alij in l. si conuenerint.ff de iurisdictione omni. iud & iu risditio delegata potest prorogari . doct.in l. 1. de iudi. prorogatio in iudicẽ verò videtur facta per satisfactionem de iudicio si isti.

DE RELATIONIBVS CVRSORVM.

Relatio in iudicio coram auditore.

DIscretus vir.N. domini nostri Papæ cursor retulit in iudicio coram domino Auditore præfato Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico in quo iura reddi solent mane hora audientiæ causarum consueta ad iura reddendum & causas audiendum in loco suo solito & consueto pro tribunali seden.

Mihi præsentis causæ notario atque scribę prędicto se de ipsius domini Auditoris mandato sibi super hoc vt asseruit legitimè facto. Et ad supradicti domini . N. principalis vel magistri . N. procuratoris vel asserti procuratoris instan. Statim,hodie, & heri &c.peremptoriè citasse prouidum virum magistrum.N.ex aduerso procuratorem prędictum Romæ personaliter inuentum & apprehensum ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis,vt infra in clausulis generalibus.

Discretus

Relatio coram commissario.

Discretus vir &c. Retulit in iudicio coram domino Episcopo iudice & commissario præfato Romæ in domo habitation. suæ in qua iura reddi solent hora vesperorum & audientiæ causarum more commissariorum consueta ad iura reddend. & causas audiend. in loco suo solito & consueto pro tribunali seden. mihi præsentis &c.

Relatio in eodẽ iudicio.

Discretus vir &c. Retulit in eodem iudicio coram domino Auditore præfato Romæ ibidem adhuc prout vbi suprà loco & hora præallegatis ad iura reddendũ & causas audiendum pro tribunali seden mihi &c. vt suprà.

Relatio ante audien.

Discretus &c. Retulit Romæ apud sanctum Petrum ante locum & horam audientiæ causarum apostolicæ præsentis diei mihi &c.

Discretus vir &c. Retulit Romæ in basilica principis apostolorum de vrbe pro loco causarum audientiæ apostolico specialiter deputato mihi præsentis &c.

Discretus vir &c. Retulit in dicta audientia causarum postquàm dominus auditor de loco suo iudiciali surrexit mihi &c.

Discretus vir &c. Retulit Romæ in domo domini auditoris præfati mihi &c.

Discretus vir &c. Retulit Romæ in campo flore vel prope campum flore mihi &c.

Relatio in domo domini.

Discretus vir &c. Retulit in palatio Reuerendissimi in Christo patris & domini domini Ro sancti Nicolai in carcere tuliano diaconi Cardinalis sacrosanctæ Rom ecclie. Vicecancellarij mihi &c.vt infrà .

Discretus vir &c. Retulit Romæ apud sanctum Petrum in introitu causarum audientiæ quando ostium aperiebatur mihi &c.

Vel sic . Se de ipsius domini Episcopi iudicis & commissarij mandato sibi super hoc vt asseruit legitimè facto .

Et ad venerabilis viri domini. N. principalis in præfata ipsi domini audi tori facta & presentata commissione principaliter nominati instantiam statim hodie heri die decima huius mensis vt infrà .

Et ad prouidi viri magistri.N.in Ro cu.causarum ac venerabilis vel hõnorabilis viri domini . N. principalis in præfata ipsi domino auditori facta & præsentata commissione principaliter nominati procuratoris instantiam . De cuius procurationis mandato in priori huiusmodi causæ instan. legitimis . Vel In prioribus huiusmodi causæ instantia & actis legitimis dicitur constare documentis.

Et ad prouidi viri magistri . N. in Ro. cu. causarum à prouido viro magistro . N. in eadem Ro. cu. similiter causarum & honorabilis viri domini N. principalis prædicti procuratore constituto procuratoris substituti instantiam statim heri &c.

Si procur. non est nominatus prius.

Statim & incontinenti (hodie heri die . N. proximè præterita .) peremptoriè citasse magistrum. N.ex aduerso procuratorem prædictum vel dominum. N. ex aduerso principalem prædictum Romę personaliter inuentum & apprehensum . Vel. Necnon etiam similiter peremptoriè citasse duos testes affuturos videlicet honorabiles viros. N. & N. vt tanquam testes affuturos vt infrà .

Si principalis prius non est nominatus.

Peremptoriè citasse prouidum virum magistrum. N. in Romana curia causarum & honorabilis viri domini . N. ex aduerso principalis in eadem præscripta ipsi domino auditori facta & præsentata commissione ex aduerso principaliter descriptum procuratorem Romæ &c.

Peremptoriè citasse honorabilem viri dominum . N. ex aduerso principalem in præfata ipsi domino auditori facta & præsentata commissione ex aduerso principaliter descriptum in Romana curia personaliter inuentum

repertum & apprehensum ad dicendum &c.

De quorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis apud acta causę huiusmodi in priori instantia legitimis dignoscitur constare documentis.

Relatio de proximo.

Per discretum virum dominum. N. domini nostri papę cursorem ibidē præsentem & astantem audientem & vt apparuit intelligentem peremptoriè fieri voluit iussitq; pariter & mandauit. Eundem etiam terminum ad prędictum actum &c. vt suprà. Qui quidem cursor ibidem vt prędmittitur præsens & onus siue mandatum citationis huiusmodi in se sponte suscipiens mox iens & paulopost rediens retulit in eodem iudicio coram domino Auditore præfato Romæ ibidem adhuc prout vbi suprà loco & hora prędallegatis ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali sedente mihi prędictis causæ notario atque scribæ prædicto se de ipsius domini Auditoris mandato sibi super hoc vt prędmittitur legitimè facto. Et ad suprà dicti magistri. N. procuratoris instantiam statim & in continenti peremptoriè citasse magistrum. N. ex aduerso procuratorem prædicti ibidem in audientia personaliter inuentum, repertum & apprehensum ad actum & terminum prænominatos, prout & quemadmodum idem cursor habuit vt præfertur ab eodem domino Auditore specialiter & expressè in mandatis.

Relatio; quando tenetur iudicium in domo domini in vacantiis ferijs nō obstan.

Discretus vir. N. domini nostri Papæ cursor retulit in iudicio coram domino Auditore præfato Romę in domo habitationis suę mane hora tertiarum & audien. causarum more auditorum consueta ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali seden. mihi præsentis causæ notario &c. ad primam diem &c. qua eundem dominum Auditorem Romę in domo habitation. suę mane, hora tertiarum & audien. causarum more auditorum consueta ad iura reddendum &c. contigerit prout & quemadmodum &c.

Vel sic, ad horam. N. Vel N. præsentis diei prout & quemadmodum &c.

CLAVSVLAE GENERALES.

Ad dicendum contra commissionem.

AD dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra prędictam ipsi domino Auditori factam & præsentatam commissionem dicere siue excipere voluerit ad 1. diem iuridicam proximè & immediatè sequentem, qua eundem D. Auditorem Romę apud sanctum Petrū in palatio causarum Apostolico in quo iura reddi solent mane hora audientię causarum consueta ad iura reddendum & causas audiendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedere contigerit, prout & quemadmodum idem cursor habuit vt asserunt ab eodem domino Auditore specialiter & expressè in mandatis. Cuius quidem cursoris relatione sic vt prędmittitur facta comparuit in iudicio &c. vt suprà.

Ad dicendum contra commissionem & citationem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra suprædictam ipsi domino Auditori factam & prędsentatam commissionem citation-mq; vnà cum eius inhibitione inserta eiusdem commissionis vigore superius in causa huiusmodi ad partes decretam. Necnon eiusdem citationis executionem in eisdem partibus factam & de eis reportatam ac vt prædmittitur iudicialiter reproductam dicere siue excipere voluerit ad primam &c.

Cōtra cōmissionē & iura p̄ deuolutiōe causæ.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra suprædictam ipsi D. Auditori, vel vltimò vt prędmittitur in huiusmodi causa factam & præsentatam commissionem. Necnon iura & munimenta pro deuolu-

dēuolutione causæ huiusmodi ad Ro. cur. facientia vt præmittitur vltimò in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri N. data & exhibita & producta dicere siue excipere voluerit ad. i. diem.

Contra commissione depēden. vel generalem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis cōtra suprædictam ipsi Domino (vel vltimò vt præmittitur in huiusmodi causa) factam & præsentatam commissionem dependen. vel generalem dicere siue excipere voluerit ad primam &c.

Ad libellādum.

Ad dādum & recipiendum dariq; & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem ad i. vel ad ii. vel viij. vt sup.

Ad articulādū.

Ad ponendum & articulandum poniq; & articulari videndum in huiusmodi causa ad xii. diem &c. vt supra.

Dicendū cōtra articulos.

Ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo vel in scripis contra position. & articulos prædictos vt prædmittitur in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri. N. procuratoris vltimò datos, exhibitos, & productos dicere siue excipere uoluerit inquantum articuli, necnon ad respondendum eisdē inquantum positiones existant siue esse censeantur ad. ii. diem &c.

Contra articulos repetitos.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra prædictos positiones & articulos superius vt prædmittitur pro parte dicti magistri. N. procuratoris repetitos & productos dicere &c. ut supra.

Contra articulos correctionales.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in script. contra supradictos positiones & articulos correctionales superius ut prædmittitur pro parte dicti ma. N. procur. datos exhibitos & productos, dicere siue excipere uoluerit in quantum articuli, necnon ad respondendum eisdem inquantū positiones existant siue esse censeantur ad. i. diem &c.

Contra articulos pro uerificatione commission.

Ad dicendum & excipiendum quicquid uerbo uel in inscriptis, contra positiones & articulos supradictos pro uerification commission ipsi D. Audito. superius ut prędmittitur pro parte ipsis magistri. N. procuratoris datos exhibitos & productos dicere &c. in præceden.

Ad producendum omnia.

Ad producendum & exhibendum produciq; & exhiberi uidendum omnia & singula acta actitata literas scripturas processus instrumenta priuilegia iura & munimenta quæcunque quibus partes hinc inde in huiusmodi causa vti & se iuuare uoluerint ad ii. diem &c.

Ad dicendū cōtra producta.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra iura & munimenta sic ut prędmittitur pro parte ipsius magistri. N. procuratoris data, exhibita & producta dicere siue excipere voluerit. Vel sic in termino substantiali data exhibita &c.

Dicere de clausulis generalibus est longa materia & multa dici possent, sed de materia habeo vnam collectionem in meo repertorio, quod ego cōpilaui, scilicet clausulæ generales derogatoriæ uidelicet non obstantibus quibuscunque, & quid operentur dic, quod auferunt vel saltem dilatant omnia statuta, leges & consuetudines in contrarium facientes. s. statuta generalia ut puta respicientia omnia beneficia etiam si in eis caueatur beneficium non posse detineri nisi per constitutum in sacerdotio & impetretur per non constitutum in sacerdotio, dummodo impetrans tempore impetrationis fuerit in ætate p̄ infra annum potuerit sufficere promoueri: nihilominus Rotin anti. de concessio præben. dec. 4 alias 465. nota p̄ statuta, dicit & tenet quòd statuta ecclesiarum actu sacerdotium requirenti per clausulas generales derogatorias in literis papalibus positas sublata uel saltem dilatata censentur esse: ita p̄ impetrātes apostolici possunt hmōi bene

ficia accipere licèt non sint in sacerdotio constituti, dummodo tamen sint ætatis talis quòd in proximis quatuor temporibus possint ad sacerdotium promoueri iuxta nota. per Ioan. And. in cap. si pro clericis, pauperibus de præben. in 6. & Io. And. in c. ei cui eod. tit. licèt Archidia. ibidem & in c. cum aliquibus de rescript. videatur tenere cõtrarium & hoc satis innuunt verba in dictis non obstantibus posita, si bene inspiciatur clausula, tamen prædicta non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris in suo testamento quòd huiusmodi beneficium non conferatur nisi actu sacerdoti, quia sicut Papa non voluit præiudicare in præsentatione ita nec tollendo ordinationem vel vltimam voluntatem earundem. & pro hoc vide glo. in clem. vt ij. qui de ætate & qualitate. Rot. in anti. de concessione præben. dec. 41. aliàs 465. nota quòd statuta, secus quo ad statuta singularia & superita per certo beneficio per fundatorem seu alium in fundatione beneficij apposita nisi de eo fieret expressa mentio. Bart. in extrauag. ad reprimendũ. § non obstantibus in prin. fallit tamen in gratia in for. pauperum in qua non tolluntur statuta & consuetudines scilicet in beneficijs requirentibus sacerdotium vel alium sacrum ordinem actu, secus si requirat sacrum ordinem, vel sacerdotium aptitudine, tollunt etiam ordinationes & statuta facta per ordinarium etiam de certo beneficio. Rot. in no. de præben. Dec. 1. aliàs 3. si statutum. non derogant tamen in dubio iuri communi d. Dec. 1. in fin. nec tollunt etiam statutum consuetudinem siue pactum iuratũ Roman. singul. 7. & ibi latè in additio clausula generalis restringitur per speciem præcedentem vide late Felin. in c. sedes col. 2. de rescript. Millis in reperto. in versi. additio & quando clausula, clausula generalis non obstantibus priuilegijs quibuscunque derogat dumtaxat priuilegijs non insertis in corpore iuris vt patet ex textu, & glos. ff. de iudi. l. si hæres absens in princip. & cap. vbi de crimine agi oportet authen. qua in prouincia. vt not. Bart in extrauaganti ad reprimendum super verbo non obstantibus & clausulę huiusmodi generales sunt ciuiliter intelligendæ vt l. fi. §. dulcia. ff. de vin. trit. oleoq; legato Rot. in not. de procuratoribus Dec. 28. aliàs 256. si quis constituat. Si in fine articulorum ponatur clausula non restringens, sed ad vtrunque probandum est vt notatur in dicto c. licèt cautum & vide per Hostien in summa de rescriptis § & de ipsius verbo, subgenerali clausula non veniunt maiora licèt similia in c. quid agen. iuncta clem. non potest. Rot in nou de procurato. Dec. 27. aliàs 375. fuit dubitatũ in fin. & citatus vigore clausulæ generalis quorum interest in citatione posita quid operetur & includat dic quòd possit contra illum procedi per audientiam. Rot. in not de dol. & contu. Dec. 18. aliàs 413. si impetretur commissio & clausula consueta poni in confirmationibus dummodo ex ordine debeatur beneficium non intelligitur vtrum tantum de ordine dætæ, sed inceptationes. Rot. in anti. Dec. Rot. in anti. 23. aliàs 494. nota quòd vbi de concess præben. & quando fit per verba generalia dicitur fieri simpliciter. Ioan. Ant. de Rubeis. Alexan. in rub. de liber. & post humis col. 3. versi. Archidiaconus. & generalitas specificanda est in procuratione quæ debetur rõne visitationis quę secundũ vires ecclesię dari debet, nec debet amplius exigi ab vna quàm exigatur ab alijs in procurationibus faciendis, & eodem iure quantum ad hoc omnes idem debent esse, glos. in verbo, facultatibus in cap. conquerente de offic. ordinar. in quo cap. est repertum bis ver. specificare in cap. significantibus de libelli oblat. & ibi glos. & clausul. quouis alio modo in gratia in qua vna persona exprimitur ad illam restringitur, idem si duæ exprimuntur quia ad illas duas fit restrictio. Bellem. conclus. 610. de præben. licèt palatium & valet generalitas

processus

processus executoris videlicet in quo committatur omnibus & singulis presbyteris certæ diœcesis. Bellem. de offic. delegat. conclus. 299. valet & clausula generalis non obstantibus iuribus & statutis in contrarium quæ poni consueuerunt in gratijs apostolicis non operatur quòd Papa videatur in dubio dispensare & contra ius canonicum quòd autem dicta clausula operetur quo ad statuta Roma. consi. 3. item dicta clausula non tollit iurata statuta vel per sedem apostolicam confirmata nisi hoc exprimatur. Ioan. And. de fili, presbyte. & pri. in nouella super glo. quam notat Millis in repertorio versi. clausula generalis in princip.

Clausula generalis vel specialis an requiratur derogatoria præcedentis dispositionis quando agitur de tollendo rescripto vel priuilegio præsbyteri etiam motus proprius siue certa scientia habent vim specialis clausulæ derogatoriæ not. Archi. 25. quæst. seconda, vltima voluntas, & Gaspar, de rescript. c. nonnulli. Io. And. & Ant. de offic. ordinar. c. ex parte col. 2. Bald. in proœ. de vsib. feudo. versi. quæro in corporalibus per Bart. & Bald. in l. pacta nouissima. c de pactis, & per Bald in authen. hoc inter liberos. c. de testamen. versi. quid ergo, & versi. quæro quidam, vbi vide omnino in l. humanum. c. de legiti. vlt. col. & per Feder. de sent. consi. 45. & plenius 322. Io. Anani in c. 1. excessi prælato. lib. 6. in nouella, & per Zabarel. in clem. 1. de sepultu. & per Cin. in l. 1. C. quando imperator inter pupil. & vidu. & Bart. in l si quis in princip de leg. 3. & extrauag. ad reprimendum sub versi. non obstante, & vide per Antonium in c. in ecclesiarum de constitutio. c. 1. eod. tit. in 6. & vide super versi. scientia, & vide omnino Lapum in c. quamuis, & in c si propter, & in c. si eo. tempore de rescrip. & de præbend. c. cui. lib. sexto, & de electio. cum ex eo eod. lib. sexto c. Iacobus de simoni. quæst. vlt. & vide omnino in §. primò & in versi. & inde Io. And. post Archidia. de pręben. & c. cum in illis in principio super verbo prouideri lib. sexto in nouella. Millis in repertorio verbo clausula generalis, & Abb. in allegato c. ad petitionem, item nota quod prorogatio non habet locum in his quæ sunt meri & mixti imperij. vnum etiam aduerte quòd prorogatio termini intelligitur cum omnibus suis qualitatibus. l. labeo la prima in princip. & ibi Bartol. ff. de arbitris & Alexand. in dicta l. lecta. ff. si certe tat. & quando iuris error impediat prorogationem vide Alexand. & alios in l. si per errorem & l. si conuenerit de iurisditio omni. iudicum, & per doctores in l. 2. ff. de iudi. & in c. 1. eod. titul. de iudic. & per Abbat. in allegato. c. ad petitionem Prorogationis materiam & an iurisditionem prorogari possit quę pœnitere & quid operetur pactum de respondendo coram iudice plenè per docto. in dicto cap. 1. de iudic per Abb. 2. & 8. colum. de qua materia vide l. sed si manente ff. deprecari. & omnino Bal. in l. si cũ dies de arbitris & consi. Oldrad. incip an si capitulum & ponuntur 15. vel 16. quotidianæ quæstiones in hac materia per specula. de compe. iudic. d. §. primùm versi. quia si duo, & sequitur per vnam colum. & vltra verò doctrina prorogandi causas tangitur per eundem titulo de exceptio. & replication. §. 4. versi. item nota de prorogatione in c. inquisiui §. finali in sexta colum. de accusat. vltimò nota quod prorogatio temporis debet fieri ante tempus finitum per eundem in c. causam colum. vltima in fine de re iudicata. remissiuè & ibi consensus iudicis qui in dicta prorogatione est necessarius, non potest præstari post terminum Ioan. Baptist. Castel. prorogare aliquando ideſt permittere. ff. de pact. l. sumptus, aliquando ideſt appropriare. ff. de origin iuris. l. 2. §. deinde aliquando, ideſt extendere, ex quo infertur quòd si quis non habet aliàs iurisditionem illa extendere non valet vt in capit. ad dissoluendum desponsat. impuber.

 l.

& l decem de for.comp.1.colum. Ioan.Bapt. Caſtel. quando ſit per verba generalia dicitur fieri ſimpliciter.Io.Ant.de Rubeis. Alex.in rub.de liber.& poſthum.colum.3.verſi. Archidiaconus, & clauſula generalis reſtringitur per ſpeciem præcedentem vide late per Felin.in c.ſedes 2.colum.de reſcrip. Millis in reperto in verſi.additio.& quando clauſula.& clauſula generalis non obſtantibus priuilegijs quibuſcunque derogat dumtaxat priuilegijs non incluſis in corpore iuris nec inſertis vt patet ex tex. & glo. ff. de iudi. l. hæres abſens in princip. & C. vbi de crimine agi oportet authen. qua in prouincia vt notat Bart. in extrauaganti ad reprimendum ſuper verſi. nõ obſtantibus. Millis in repertorio ſuper verſi. clauſula generalis, clauſulæ generales huiuſmodi ſunt ciuiliter intelligendæ, vt l. fin. §. cum dulcia. ff. de vin. tritico, & oleo legat. Rot.in not.de procurator.Deci.28.aliàs 256. ſi quis conſtituat. & ſub generali clauſula prædicta non veniunt maiora ſed ſimilia at in c. quid agendum iuncta clemen. non poteſt. Rot.in no. de procuratori. Deci.27. aliàs 375.fuit dubitatum in fine & citatus iugore clauſulæ generalis & quorum intereſt in citatione poſita quid operetur & in clauſula non poteſt contra illum procedi per audien. Rot. in nou. de dol. & contuma. Dec.18.aliàs 419. ſi impetretur commiſſio & clauſula ſeu quouis alio modo reſpicit omnem modum vacandi ex ea perſona, ſecus ſi per diuerſas ſecundum lapum ibidem Rot. Inno. de reſcript Dec 1. aliàs 28.ſi mandetur alicui prouideri de certo beneficio certo modo vacante puta per conſtitutionem execrabilis addita clauſula ſeu quouis alio modo vacauerit ſi non vacet prædicto vel alio modo puta per conſtitutionẽ c de multa.vel de non promouendo ad ordinem præsbyteratus vt in c. licèt canon. de electio.lib.vj.vel per contractum matrimonij vt in c.1.de clerici coniugatis vel per ingreſſum religion. de regular.c.beneficium in 6. fuit dubitatum vtrum de iſto beneficio ſic alio modo quàm expreſſo in gratia vacãte poſſit prouideri impetranti ſuper quo domini erant varij propter c. ſuſceptum de reſcript. in 6. pro quo domini inclinabant in partem negatiuam quia vno modo expreſſo vacandi non venit alius, Rot. de reſcript. Dec.1.aliàs 28. ſi mandetur in princip.

Ad dicendum contra vltimò producta & repetita.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra iura & munimenta ſic vt præmittitur pro parte ipſius magiſtri. N. procuratoris vltimò in huiuſmodi cauſa data exhibita producta & repetita dicere ſiue excipere voluerit.

Ad declarandũ.

Ad declarandum ac ex aduerſo declarari videndum quicquid verbo vel in ſcriptis partes hinc inde in huiuſmodi cauſa declarare voluerint.

Ad iurandũ de calumnia.

Ad iurandum de calumnia.

Ad iurandum & deliberandum iurariq; & deliberari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in & ſub calumniæ iuramento contentis de & ſuper tota cauſa præſenti ad primam &c.

Ad reſpondendum libello primò ſecundò & tertiò.

Ad reſpondendum ſupradicto libello pro parte ipſius domini. N. principalis vt præmittitur in huiuſmodi cauſa dato, oblato, & producto, litemq; de ſuper conteſtandum & ex aduerſo conteſtari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in & ſub calumniæ iuramento contentis & comprehenſis, tam de & ſuper dicto oblato libello quàm tota cauſa præſenti primò & pro prima dilatione & ſub excommunicationis pœna ad 1 diem.

Ad

Ad reſpondendum libello quartò.

Ad reſpondendum libello ſupradicto pro parte magiſtri. N. procuratoris vt præmittitur in huiuſmodi cauſa dato, exhibito, producto & oblato, litemq; deſuper conteſtandum & conteſtari videndum. Necnon ad iurandum & deliberandum, iurariq; & deliberari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in & ſub calumnię iuramento contentis & comprehenſis tam de & ſuper dicto oblato libello quàm tota cauſa præſenti quartò & pro quarta dilatione & ex ſuperabundanti ad omnem eius malitiam conuincendam. Alioquin ad videndum & audiendum ſe in ſcriptis excommunicari excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari, mandari, literasq; excommunicatorias & denunciatorias deſuper neceſſarias & opportun. in forma ſolita & conſueta decerni & concedi. Vel dicendum &c. ad 1.diem. Ad reſpondendum libello.

Ad concludendum.

Ad concludendum & ex aduerſo concludi videndum vel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare in huiuſmodi cauſa concludi non debeat allegandum ad ſtatim &c. Ad concludendum & audiendum ſententiam.

Ad audiendum ſententiam.

Ad videndum & audiendum diffinitiuam, ſiue interlocutoriam in huiuſmodi cauſa ferri & in ſcriptis promulgari ſententiam ad ſtatim.

Ad concludendum & concludi videndum in huiuſmodi cauſa vel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare in huiuſmodi cauſa concludi non debeat allegandum. Necnon ad videndum & audiendum diffinitiuam in huiuſmodi cauſa ferri & promulgari ſententiam ad ſtatim &c.

Ad videndum taxari expenſas.

Ad videndum & audiẽdum omnes & ſingulas expenſas in huiuſmodi cauſa factas taxari & moderari, vel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare expen. huiuſmodi taxari non debeant allegandum ad primam diem. Ad videndum taxari expenſas.

Ad videndum taxari expen. in prima, ſecunda, & tertia inſtan. factas iuxta tenorem commiſſion. dependen.

Ad videndum & audiendum omnes & ſingulas expenſas pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris, tam coram Reuerendis partibus dominis N. in prima & N. in ſecunda quàm coram eodem domino Auditore in tertia huiuſmodi cauſæ inſtantijs habitas & factas iuxta & ſecundùm præfatæ commiſſionis dependen. ipſi domino Auditori vltimo in hac cauſa factæ & præſentatæ vim, formam, continentiam, & tenorem taxari & moderari. Vel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare id fieri non debeat allegandum ad ſtatim.

Clauſula ſeu quouis alio modò reſpicit omnem modum vacandi ex eadem perſona ſecus ſi per diuerſas ſecundùm Lapp. ibidem. Rot. in no. de reſcrip. Dec. 1. aliàs 28. ſi mandetur. Taxatio decimæ cum quo fieri debeat dic cum illo qui colligit fructus. Caccialu. de penſion. c. 17. colum. 3 num. 9. quod etiam procedit ſi prædium fuerit decimatum vt ibi. & expenſæ litis an ſint reficien. per victum qui habet iuſtam cauſam litigandi ſi expenſæ fuerint præmiſſæ aut quòd ſtatutum diſponit quòd victus victori condemnetur aut q̃ veniant reficiendæ ratione contumaciæ. Alex. in l. properandum. § ſin autem col. 1. nu. 2. vſque ad nu 9. c. de iudi. & quod reficiantur contumaciales. nor. Caſſad. de appellatio. Dec. 3. nu. 3. etiam q̃ qualem cauſam litigandi habuerit, & taxari ideſt numerari. c. de ſilen. l. 1 lib. 12. expenſas non tenentur reficere illi qui habent iuſtã cauſam litigandi, Millis

G 4 in re-

in reperto. allegat. Rom. cõsi. 261. & expensarum condemnationem non euitat quis in secunda instantia, quando sententia prima pro eo lata reuocetur ex eisdem actis, secus in prima instantia ex nouis reuocetur, secundũ Innoc. & Io Andr. not. Roman. con. 251. expensæ & fructus in quibus spolium possessorium recuperan. conuentus fuit condemnatus debet solui & restitui antequam ipse condemnatus fuerit. Millis in repertor. versi. expensæ & fructus expensæ lis an sunt reficiendæ per victum qui habuit iustã causam litigandi & si expensę fuerint promissæ aut statu disponat quod uictus victori in l. properandum. §. sin autem el. 2. col. pri. nu. 2. vsque ad 9. c. de iudic. & quod reficiãtur contumaciales not. Cassod. de appellat. Dec. 3. nu. 3. etiam quod aliqualem causam litigandi habuerit.

Ad videndum decerni literas executoriales iuxta tenorem commissionis dependen.

Ad videndum decerni executoriales.

Ad uidendum & audiendum sententiam diffinitiuam supradictam superius ut præmittitur in huiusmodi causa latam ac expensarum taxationẽ similiter vt præmittitur in huiusmodi causa factam, & debitæ executioni demendari, literasq; siue processus executoriales desuper necessarias & opportun. iuxta & secundum præfatę commission. dependen. ipsi domino Auditori desuper ut prę mittitur vltimò factæ & præsentate vim, formam, continentiam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi vel dicendum &c.

Ad videndum taxari expen. & decerni literas executoriales.

Ad videndum & audiendum omnes & singulas expen. pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa habitas & factas taxari & moderari. Necnon sententiam diffinitiuam supradictam vt præmittitur in huiusmodi causa latam & expensarum taxationem huiusmodi exequi & debitę executioni de mandari, literasq; siue processus executoriales desuper necessarias & opportun. iuxta & secundum præfatæ commission. ipsi domino Auditori factæ & præsentatæ vim formam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam &c. allegan dum ut supra in præcedenti ad. i. diem.

Ad docendum se paruisse literis executorialibus primò, secundò, tertiò, & quartò.

Ad docendum paruisse executorialibus.

Ad docendum, & clarè demonstrandum se (vel principalem suum) paruisse literis executorialibus per Dominum Auditorem præfatum pro parte supradicti. N. in huiusmodi causa aliàs decretis (vel sic, dudum super dicta. N. dictæ ecclesiæ. N. diœce.) decretis, executis & iudicialiter reproductis iuxta & secundùm earundem literarum continentiam & tenorem in omnibus & per omnia paruisse ac eisdem realiter & cum effectu obedinisse & obtemperasse primò & pro prima dilatione (vel secundò & pro secũda dilatione, vel tertiò pro tertia dilatione, vel quartò & pro quarta dilatione & ex superabundanti) alioquin ad videndum & audiendum se & eorum quemlibet pœnas & censuras ac sententias in eisdem literis siue processibus executorialibus contentas temerè incidisse declarari literasque desuper necessarias in forma solita & consueta decerni & concedi, vel dicendum &c.

Ad docendum de prosecutione appellationis à dictis literis executorialibus.

Necnon ad docendum & fidem legitimam faciendum de prosecutione appellation. eiusdem ab executione dictarum literarum siue processum vt dicitur interpositæ. Alioquin ad videndum & audiendum supradictam appellationem desertam pronunciari, vel dicendum &c. ad. i. diem.

Ad

Ad dicendum contra literas executoriales & earum executionem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra literas executoriales in huiusmodi causa pro parte sua decretas & debitè executas ac earum executionem in partibus factam & ad Roma. cur. deportatas & apud acta causæ huiusmodi facto realiter & cum effectu reproductas dicere siue excipere voluerit ad statim.

Vel sic, ac earum executionem in partibus factam, & apud acta causæ huiusmodi verbo solum, & dumtaxat reproductas cum debita protestatione de reproducendo easdem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tẽpore opportunis & repetitas dicere siue excipere voluerit. &c.

Ad videndum dari apostolos.

Ad recipiendum, & dari videndum Apostolos tales quales sibi de iure de, & super appellatione sua per eundem magistrum. N. vltimò in hac causa vt præmittitur interposita & interiecta dari debeant, & concedi ad primam diem.

Ad docendum de appellatione in partibus facta.

Ad docendum & fidem debitam & legitimam faciendum de appellatione (Vel sic. De diligentia prosecution. appellation. vltimò in hac causa interpositæ) si qua pro dicta parte sua aduersa in partibus interposita fuerit: Necnon ad docendum vt infra.

Ad docendũ de appellatione, & eius diligentia.

Ad docendum de diligentia prosecution. appellationis primò secundò & tertiò.

Ad docendum & fidem debitam faciendum de diligentia prosecutionis appellationis à sententia diffinitiua per præfatum Dominum Auditorem lata & promulgata pro parte sua vel ipsius magistri. N. ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa interpositæ & interiectę primò & pro prima dilatione, vel secundò pro secunda dilatione, vel tertiò pro tertia dilatione, ad primam diem.

Ad docendum de eadem diligentia quartò & ex superabundanti.

Ad docendum & fidem debitam de diligentia prosecutionis appellationis supradictę à præfata sententia diffinitiua aliàs vt præmittitur per præfatum D. N. Auditorem, vel sic per R. P. D. N. sacri palatij Apostolici causarũ & causę huiusmodi prima vel secunda instantia Auditorem prefatum pro parte dicti magistri N. procuratoris & contra dictum magistrum N. ex aduerso procuratorem seu eius partem, lata per eundem magistrum N. ex aduerso procuratorem seu pro eius parte interpositæ & interiectæ faciendum quartò & pro quarta dilatione & ex superabundanti. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare dicta appellatio deserta & vitio desertionis subiacusse ac prefata diffinitiua sententia per præfatum Dominũ. N. Auditorem vt præfertur lata in rem iudicatam pronunciari non debeat allegandum &c.

Ad dicendum contra appellationem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra appellationem aliàs pro parte magistri. N. procuratoris in partibus in huiusmodi causa interpositam & interiectam dicere siue excipere uoluerit ad primam diem. Vel interpositam interiectam & repetitam dicere. &c.

Ad impugnandum, & iustificandum.

Ad impugnandum & iustificandum impugnarię, & iustificari videndum quicquid partes verbo vel in scriptis in causa huiusmodi impugnare, & iustificare voluerint ad i. diem.

Ad dicendum contra iura per compulsum producta.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradicta iura & munimenta pro parte ipsius magistri. N. procuratoris vltimò

timo in huiusmodi causa per compulsum data exhibita atque producta dicere siue excipere uoluerit ad i.diem.

Ad dicendum contra bullam siue gratiam mandati de prouidendo. Vel de surrogando. Vel si neutri. Vel si nulli.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis cõtra bullam siue gratiam mandati de prouidendo. Vel de surrogando. Vel contra bullam gratiæ. Si neutri. Vel cõtra bullam gratiæ. Si nulli pro parte dicti D. N. principalis. Vel pro parte ipsius magistri. N. procuratoris superius vt præmittitur in huiusmodi causa datam exhibitam atque productam dicere siue excipere voluerit ad primam diem.

Ad videndũ surrogari.

Ad videndum surrogari in ius surrogantis siue denunciantis.

Ad videndum, & audiendum præfatum. D. N. principalem suum in omni iure, & ad omne ius quod præfato. D. N. ex aduerso principali in seu ad dictam ecclesiam parrochialem super qua in præsenti causa agitur ante renunciationem resignationem, & cessionem de ea quomodolibet competebat siue expetere poterat surrogari, ac illud ius, & dictam parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus & pertinẽtijs suis conferri & assignari ac de illis prouideri. Necnon ipsum ad ipsius iuris ac litis & causæ huiusmodi prosecutionem & defensionem in eo statu in quo dictus. D. N. ex aduerso principalis ante resignationem renũciationem & cessionem huiusmodi fuit & erat siue eas non fecisset admitti poterit iuxta & secundùm dictatorum literarum Apostolicarum mandati de surrogando ipsi Domino Auditori desuper factarum & præsentatarum vim formam continentiam, & tenorem admitti, processumq; desuper in forma debita & consueta decerni & concedi, vel dicendum & causam &c.

Ad videndum surrogari in ius defuncti.

Ad videndum & audiendum præfatum Dominum: N. principalẽ suum in omni iure & ad omne ius quod præfato quondam Domino. N. ex aduerso principali in seu ad dictos canonicat. & præben. super quibus in præsenti causa agitur ante ipsius obitum competebat seu quomodolibet competere por rat surrogari, illud quoque ius & dictos canonicat. & præbend. cum omnibus & singulis suis iuribus & pertinen. sibi conferri, & assignari ac de illis etiã sibi prouideri Necnon ipsum ad ipsius iuris litis & causę huiusmodi prosecution. & defension. in eo statu in quo dictus quondã D.N. principalis ante tẽpus & tempore obitus sui prædicti fuit & erat, & dum viueret admitti poterat iuxta, & secundum literarum apostolicarum mandati de surrogando ipsi D. Auditori desuper factarum & præsentatarũ vim formã continentiam & tenorem admitti processumq; desuper in forma debita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa minimè fieri debeant allegãdum ad i.diem.

Ad dicendũ cõtra iura.

Ad dicendum contra regulam cancellarię.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra dictam cancellariæ regulam superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri. N. procuratoris datam, exhibitam atque productam, dicere siue excipere voluerit ad i.diem.

Ad dicendum contra iura de vulgari in latinum interpretata.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradicta iura ac munimenta superius vt præmittitur de vulgari Alamanico, Italico, Gallico, &c. in Latinum interpretata & apud acta causæ reproducere dicere siue excipere voluerit. ad. i. diem.

Ad dicendum contra processum in partibus habitum.

Ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradictum

pradictum processum in partibus habitum & factum & apud acta causæ huiusmodi superius vt præmittitur exhibitum & productum dicere siue excipere voluerit ad i.diem.

Ad videndum admitti articulos.

Ad videndum & audiendum supradictos positiones, & articulos siue materias articulatas, superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datos exhibitos & productos ac se & partem suam ad probandum eosdem in Ro. cur. extra eam & ad partes admitti remissionemq; desuper in forma solita & consueta decerni & concedi Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegandum ad. i. diem. Ad uidendũ admitti articulos.

Ad videndum admitti exceptiones replicationes duplicationes triplicationes quadruplicationes.

Ad videndum & audiendum supradictas exceptiones, replicationes duplicationes triplicationes, quadruplicationes, superius vt præmittitur pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datas exhibitas & productas ac se, & partem suam ad probandum easdem si opus fuerit extra Romanam cur. & ad partes admitti remissionemque in forma solita, & consueta decerni & concedi. Vel dicendum &c. allegandum ad primam diem.

Ad respondendum singulariter singulis positionibus & articulis primò vel secundo.

Ad respondendum medio suo iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis positionibus & articulis ꝓ parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datis exhibitis & productis, primò & pro prima dilatione ad primam diem &c. Ad idem secundò & pro secunda dilatione ad primam diem. Nota quod hoc fit de stilo Ro. cu. ne articulans possit reuocare articulos per se datos. Ad respondendum singulariter singulis.

Ad idem tertiò alioquin &c.

Ad respondendum medio suo iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis positionibus & articulis pro parte dicti magistri. N. procuratoris in causa datis exhibitis & productis primò & pro prima dilatione. Alioquin ad videndum se ob non responsionem singulari ter singulis positionibus & articulis antedictis in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari mandari, literasq; excommunicatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & cõsueta decerni & concedi. Vel dicendum &c. allegandum &c.

Ad idem quartò & ex superabundanti alioquin &c.

Ad respondendum medio suo iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis positionibus & articulis pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa dat. exhibuit. & productis quartò & pro quarta dilatione ex superabundanti. Alioquin ad videndum se ob non responsionem singulorum positionum & articulorum antedictorum in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari mandari, literasque excommunicatorias desuper necessarias & oppornas in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegandum ad. i. diem.

Ad audiendum voluntatem domini Auditoris.

Ad audiendum uoluntatem siue ordinationem domini Auditoris de & super admissione siue repulsione. positionũ & articulorum pro parte ipsius magistri N procuratoris in huiusmodi causa datorum exhibitorum Ad audiendu uoluntatem domini.

rum & productorum ad ſtatim.

Vel ſic de & ſuper deſertione appel lation. pro parte ſua in huiuſmodi cauſa interpoſitæ.

Vel ſic de & ſuper articulo grauaminis in huiuſmodi cauſa intentato.

Vel ſic. De acceptando vel refutando onus procurationis in huiuſmodi cauſa, attento quòd ipſe aliàs vnà cum N. mandatum procurationis produxit, in quo tamen ipſe. N. procurator nullatenus ſed ipſe. N. tanquam procurator nominatus fuerat ad ſtatim

Ad audiendum voluntatem ſiue ordinationem domini Auditoris de & ſuper admiſſione poſitionũ & articulorum aliàs pro parte ipſius magiſtri N. procuratoris in huiuſmodi cauſa datorum exhibitorum & productorum. Necnon remiſſionem quatenus opus fuerit deſuper in forma ſolita & conſueta decerni & concedi. Iam per prius in loco ipſius iudicij in Ro. cu. admiſſorum nunc extra Ro. cu. & in partibus admitti &c.

In hac materia ad audiendum voluntatem domini Auditoris eſt aduertendum quòd in actu diffinitiuę ſententiæ citatio ad audiendum voluntatem domini eſt penitus inualida & ſententiam inualidat & neceſſarium eſt ſpecificare ad ſententiam Rom. conſ. 367. citatur quis in fin. & 366. circa primum col. 2. nu. 8. Rot in no. de re iudicat. dec. 17. aliàs. 342. Retentio, & quod citatio requirat clauſulam peremptoriè notat Matheſi ſingul 8. & ſententiam lata per iudicem ſuper competentia iudicis poteſt per ipſum iudicem reuocari etiam de conſenſu partium ſi eſt iudex ordinarius Roman. ſingul. 129 & ſententia lata contra notorium ipſo facto eſt nulla Imol. in. c Odoardus col. 2. nu. 17. de ſolution. Nam citatio partis requiritur propter læſionem partis Bal. in. l. pri. col. 2. nu. 5. c. qui admitti & citatio habet in ſe tres partes ſcilicet quod decernitur, item quando exequitur, & deinde de ea fit relatio, Bal. in. l. omnes qui. S. in verò, col. 2. nu. 2. c. de epiſco. & cleri.

Ad replicandũ.

Ad replicandum.

Ad dicendum & replicandum quicquid verbo vel in ſcriptis contra ſupradictas exception. & articulos pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris ſuperius vt præmittitur in huiuſmodi cauſa vltimò datas exhibitas & productas dicere ſiue excipere voluerit.

Ad duplicandum.

Ad dicendum & duplicandum quicquid verbo vel in ſcriptis contra replication. præfatas vt præmittitur pro parte ipſius magiſtri. N. procuratoris in huiuſmodi cauſa datas exhibitas & productas dicere ſiue duplicare voluerit ad. i. diem.

Ad triplicandum.

Ad dicendum & triplicandum quicquid verbo vel in ſcriptis contra præfatam duplicationem articulatam ut præmittitur pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris in hac cauſa vltimò dat. exhibit. & product. dicere ſiue triplicare uoluerit ad. i. diem.

Ad quadruplicandum.

Ad dicendum & quadruplicandum quicquid verbo vel in ſcript. contra triplication. ſic vt præmittitur pro parte ipſius magiſtri. N. procuratoris in hac cauſa vltimò exhibitas & productas dicere ſiue quadruplicare voluerit &c.

Ad videndum inhiberi.

Ad videndum & audiendum Reuerendo patri domino. N. ſacri palatij apoſtolici cauſarum auditori cæterisq; eiuſdem palatij cauſarum auditoribus Necnõ præfato domino. N. ex aduerſo principali omnibusq; aliijs &

& ſingulis quorum intereſt intererit aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum in huiuſmodi cauſa more ſolito inhiberi literasq; inhibitorias de ſuper neceſſarias & opportun. in forma ſolita & conſueta decerni & concedi Vel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare prędmiſſa fieri non debeant allegandum ad ſtatim &c. vel ad primam &c.

Ad videndum & audiẽdum in huiuſmodi cauſa more ſolito inhiberi literasq; inhibitorias deſuper neceſſarias & opportun. extra Ro. cu. & ad partes in forma ſolita & cõſueta decerni & cõcedi vel dicẽdũ &c ad ſtatim &c.

Ad videndum & audiendum in huiuſmodi cauſa extra Romanam cu. & ad partes ſub excommunicationis alijſue ſententijs & pœnis eccleſiaſticis iuxta & ſecundùm prędfatæ ipſi domino Auditori factæ & prędſentatę commiſſionis, vim formam continentiam & tenorem inhiberi, literasq; inhibitorias deſuper neceſſarias & opportunas in forma ſolita & cõſueta decerni & concedi. Vel dicendum & cauſam &c. ad primam vel ad ſtatim.

Ad videndum & audiendum Reuerendo in Chriſto patri & domino domino Petro Paulo Pariſio curię cauſarum cameræ apoſtolicæ generali Auditori Necnon magnificis & nobilibus uiris dominis almæ Vrbis ſenatori prędfato ac. Ro. cu. Collateralibus cõmiſſarijs Mareſcal is Capitaneis mandatarijs, officialibus, Gubernatoribus, rectoribus, Vicarijs, prioribus, poteſtatibus domicellis, nobilibus, Capitaneis Caſtellanis, ſeranen. disbirris ceterisq; perſonis iuriſditionem ſpiritualem, & temporalem, & ordinariã pro tempore habentes per almam Vrbem Romanamq; curiam, eiusq; diſtrictum. Necnon præfato N. principali &c. Inhiberi &c.

Ad videndum moderari inhibitionem.

Ad videndum & audiendum ſupradictam inhibitionem ut præmittitur pro parte ipſius d N. ex aduerſo principalis decretam & conceſſam iuxta ſupradictæ &c. commiſſionis formam &c. per dominum Auditorem prędfatum moderari & illam ad viam iuris reduci vel dicendum &c.

Ad videndum decerni intimationem litiſpenden.

Ad videndum & audiendum literas intimatorias litiſpenden. cauſæ huiuſmodi extra Ro Cu. & ad partes in forma ſolita & conſueta decerni & concedi ad. i. diem.

Ad videndum decerni compulſorias generales.

De cõpulſorialibus.

Ad videndum & audiendum nonnullas literas compulſorias generales extra Ro. cu. & ad partes in forma ſolita, & conſueta decerni & concedi. Vel dicendum & cauſam &c. ad videndum & audiendum nonnullas literas compulſoriales ſpeciales extra Ro. cu. & ad partes in forma ſolita & conſueta decerni & concedi. Necnon ad concordandum & conuenien dum de loco in quo, termino infra quem, & iudice coram quo, nonnulla iura & munimenta in dictis partibus in vim dictarum literarum cõpulſorialium ſpecialium huiuſmodi in dictis partibus retrahi debeant & tranſumi vel dicendum & cauſam &c. ad. i. diem.

Ad producendum mandatum ſi quod habet.

Ad producẽdum & exhibend. mandatum ſuæ procurationis ſi quod habeat pro dicto domino. N. principali ex aduerſo ad huiuſmodi cauſam facien. & eandem concernen. ad ſtatim &c.

Ad videndum reſtitui mandatum.

Ad videndum & audiend mandatum procuration. generalis aliàs ut prędmittitur per dictum magiſtrum. N. in huiuſmodi cauſa iudicialiter datum & productum eidem reſtitui vel dicendum &c.

Ad videndum prouideri de curatore.

Ad videndum & audiendum dicto domino. N. ex aduerſo principali de

de aliquo curatore idoneo ex officio ipsius.r.p.d. Auditoris ca. prouideri & ad lites siue ad hanc causam deputari, vel dicendum &c.

Ad producendum iura.

Ad producendum & exhibendum omnia & singula iura & munimẽta quæ in huiusmodi causa producere intendit. Necnon penès eum existentia & ad hanc causam facientia ad statim &c.

Ad videndum sibi statui terminum ad producendum iura.

Ad videndum & audiendum sibi aliquem certum peremptorium terminum competen. infra quem omnia & singula iura & munimenta partis suæ ad hanc causam facientia debeat produxisse præfigi statui & assignari.

Ad videndum dari dilationem ad partes pro iuribus.

Ad vidend. & audiend. dicto. d. N. principali dilationem & terminum peremptorium extra Ro cu. ad partes pro iuribus & munimentis adhuc indict. partibus existen. sibi pro huiusmodi causa defensione necessarijs & opportun. & ad eandẽ Ro. cu. mittend. & portand. dari & concedi, vel dicendum &c.

De dilation. ad partes.

De dilatione ad partes concedenda pro iuribus habendis latissimè ponit Rot. in nou. dec 3. aliàs. 30. fuit dubitatum de sequestrat. possessio. & fructu. vbi dicitur fuit aliàs dubitatum, & in publicis relationibus positum verum in causa criminali etiam ciuiliter intentata articuli post terminum dari possint & deberent admitti. in quo dubio domini Auditores erant uarij & quasi diuisi per medium aliqui enim dicebant quod saltem ex benignitate & de æquitate palatij maximè si ius partis aduersæ non multum in hoc læderetur, quia probationes non sunt angustandæ 4. quæst. 2. quanquam. ut lit. non contest. c. quoniam frequenter. præsertim si pars exhibens articulos vellet iurare materiam ad sui notitiam de nouo deuenisse arg. c. pastoralis de exceptio. & de testib. c. præsentium. ff. de no. oper. nuntia. l. de pupillo &. c. ut circa de electio. lib. 6. Allegabant etiam prædicti domini pro se not. Ioan. Andr. in cle. sæpe de verbo. signif. super ver. non obstante & nota C in l. si ea. de accusatio. & specul. titulo de exception. § sciendum vers. sed pone datus est terminus peremptorius, quas notas etiam domini alij tenentes contrarium allegabant pro se dicentes prædictos articulos de iure communi nullo modo admittendos. Ratio, nam licèt in causis beneficialibus & matrimonialibus in quibus proceditur lite non contestata sed simpliciter & de planò ut in clem. dispendiosam de iudicijs iuncta clem sæpe de verb. significatio. etiam articuli dati post terminum & etiam instrumenta post conclusionem admittuntur ex equitate canonica & stilo palatij, tamen in profanis & criminalibus causis talis stilus siue æquitas non procedit, tum propter odiositatem materiæ tum quia non est in his tantum periculum, tum quia dantur longiores dilationes, non quia materia dilationum sit amputanda C. de dilation. l. pri. cap significauerunt, &. c. vltra tertiam de rest. spoliato. & cap frequens lib. 6. & facit optimè pro hac parte l. quinquaginta. ff. de excu. tutor. &. l. diffamari. C. de ingen. & manum: de procuratori c. tuæ. de accusati. c. licèt, de probation. c. licèt, & specul. titulo de dilation. §. nunc videamus in. vt esset litium finis, & si post illud quis in talibus audiretur uix lis finem haberet quem iura uoluntimponi de dol. & contuma. c finem & malitijs & periurijs uia daretur quod non est faciendum de iure iuran. not. specul. eo. tit. & vbi supra vers. præterea cum causarum, sed quia omnes termini palatio apostolico post litem contestatam snnt peremptorij licèt non ex

primatur

primatur not. specul. in titulo de citation § viso sed dicunt etiam & notant in c. primo de exceptio. in clem per Io. Andr. pro qua conclusione facit. c. coram. de restitut in integrum. & ibi notat. Inno. qui dicit q̃ omittens peremptoriam exceptionem opponere non auditur sin restitutione in integrum: quia cum assignatio istius termini sit interlocutoria. ff. de arbitr. l. qualem & per eam ius queritur partibus de re iudicat. ca. cum inter, & c. quò ad consultationem de electio c. cum dilecti de testi. sed in criminalibus restitutio denegatur specul. de testit. in integr. §. quis autem. quam rationẽ ponit Ber. & Compostе. in. c. q̃ sicut intelligas Io. Molianus de iur. iuran. in generali lib. 6. ver. vltimo quæritur, quæ nota etiam facit ad propositum: facit etiam pro hac parte. l. auxilium. ff. de minori. c. concertationi de appellatio. lib. 6. c. consuluit de officio delegat. de restitut. in integ. c pri in cle. cum multis similibus in hanc etiam partem uidetur inclinare Paulus in clem. constitutionem de electio super uer. super his ubi vide bonam distinctionem. Pro hac parte etiam faciunt notat. per Io. de Lignan. in. c cum dilectus de fid. instrum. Dominus verò Egidius concessit omnes terminos palatij fore peremptorios, quãtum ad hoc, ut dato semel termino parti nõ amplius sine causę cognitione alius nouus terminus debeat assignari, sed hoc nihilominus non obstante si post terminum re & facto sine protelatione dentur articuli recipi debent postquam partis non interest, sicut si reciperentur probationes post terminum allegatum not. in dicta lege si ea. c. de accusatio. & nota. per Io. Andr. in clem. sæpe de verbo. signifi. super ver. non obstantibus, & ibi multa iura pro hac parte ad hoc ego qui habui causam, & in primam partem inclinando sic sententiam, respondi q̃ multum interest partis cui est ius quæsitum q̃ termini non repetantur nec articuli admittantur tum propter remissionem ad partes decernendã quæ haberet fortè longum tractum, tum quia si non admittantur reportabit sententiam absolutoriam si est reus pro se cum condemnatione expensarum ecce magnum interesse, mutari ergo non debet cõsilium in alterius præiudicium de electio. c. constitutionem in diem. & de reg. iur. c. mutare lib. 6. ad aliàm rationem quę uidetur magis vrgere videlicet ex quo etiam in profanis de stilo palatij accipiuntur probationes post terminum quæ non possent recipi nisi admissis articulis, ergo posset responderi & recipi ac intelligi de probationibus notoriis, & quę fiunt per instrumenta, & literas ex quibus statim põt haberi veritas sine aliqua discussione, & protelatione causæ, per quæ dici potest hodie constat hodie agatur, ut in. c. literas de restit. spoliat. & l. si is à quo. ff. ut in possessio legato. & de re iudicata. c. cum olim, secus verò crederem in probatione testium quæ requirit causæ cognitionem, & longum tractum ut in titulo de testi. per totum de probatio. c. licèt, de testi. c. præsentium lib. 6. & nec obstat. c. pastoralis de exceptio. allegato pro contrario, quod potest adduci pro nostra conclusione in eo quod non auditur post terminum præfixum ad proponendum dilatorias nisi cum iuramento immo quò ad hoc continet iniquitatem secundùm Vbertum, quia homines prompti sunt ad iurandum & deiurandum de iureiurando. c & si Christus. de cohabitatio. cleri. & mulier. c. clericos & idem secundùm ipsum illa non seruantur in foro seculari prout recitat specula titu. de exceptio. § ij vers. cæterum, qui ponit etiam in. §. sequenti uersi. sed pone aliàm solutionem. Ber. & compost in. c. quod sicut superius allega. ad dictam decretalem pastoralis dicentis illam non loqui de termino peremptorio nec de exceptionibus peremptorijs sed de dilatorijs, ideoq; secundùm eum non debet ad hoc trahi cum sit contra rationẽ iuris inducta ut quis post peremptorium admittatur, & q̃ suo iuramento

in sua

in ſua cauſa ſtetur contra. c. ſicut de probatio, cum quo concordat Ber. ibidem, licet Hoſtienſ. & Innoc. teneant contrarium videlicet ꝙ etiam procedat & locum habeat dicta decretalis in peremptorijs ſicut in dilatorijs prout recitat ſpecul. in loco ſuperius allega. videlicet in dicto §. verſi. vtrum poſſit autem ſtatui ritu de exceptio. nec obſtat. l. de pupillo, & decreta præſentium pro alia parte in contrarium deductæ quia non loquitur de termino hominis ſed iuris, mitius enim agitur cum lege quàm cum eius miniſtro ff. de arbitr. l. celſus. de cleri. excommuni. miniſtr. ſi celebrat. ergo &c. prę dictam concluſionem intellige de articulis actoris qui debet ſemper eſſe paratus, ſecus uerò poſſet dici de articulis rei defenſoris datis poſt terminum, cuius partes ſunt fauorabiliores quàm actoris de probatio. c. ex literis tum etiam quia reorum eſt fugere, & actoris inſtare, de præſumptio. c. nullus de verbo. ſignifi. c forus. tum etiam ꝙ maior eſt contumacia actoris quã rei. de dol. & contu. c. cauſam quæ & c. actor eod. titu. libr. 6. quam concluſionẽ reputabant domini veriſimilem in quibuſdam aliis conſiliis dummodo præ dicti articuli rei mere eſſent defenſoris puta perimentes intentionem agentis quò ad abſolutionem non quò ad iudicatoriam obtinendam & dati ad huiuſmodi exceptiones peremptorias proponendas aſſignato puta in termino dato ad dicendum contra articulos pro parte actoris datos & ideo ſecundùm conſtitutiones Ioan xxii. reo inſtante & petente in cauſa profana dabuntur 40. dies & actori niſi xxx. ad ponendum, & articulandum, imo ſtultus eſſet reus habens exceptionem bonam peremptoriam ſi illam opponeret ante fundatã intentionẽ actoris prout legitur & notatur de teſti. c. de teſtib. & c. ex parte de dol. & contu. c. finem. cũ ſimilibus. ſecus verò ſi nimis expectaret cum dictis ſuis articulis puta prope concluſionem, quia tunc non auditur propter præſumptionem malitiæ ſiue calumniæ, quæ eſt quia præſumitur ꝙ cauſa dilationis & protelationis iudicij hoc facit, maximè ſi ſit poſſeſſor, hoc uerum niſi uelit iurare ꝙ materia per ipſum nunc ſic tarde data de nouo ad eius notitiam peruenisſet ut in c. paſtoralis de exceptio & c. vt circa de electio. lib.

Ad vidend. dari dilationem ad conſulendum principalem ſuum.

Ad videndum, & audiendum ſibi dilationem ſiue terminum aliquem competen infra quam ſcu quem ſuum principalem in partibus exiſtentem conſulere poſſit & valeat dari & concedi. Vel dicendum & cauſam ſi quã habeat rationabilem quare præmiſſa fieri non debeant allegandum.

Ad videndum reuocari dilationem datam

Ad videndum & audiendum dilationem prædictam per R. patrem Dominum Auditorem dicto Domino N. principali factam & conceſſam reuocari, vel dicendum & cauſam &c.

Ad videndum reſtitui iura.

Ad videndum & audiendum omnia & ſingula iura & munimenta pro parte dicti magiſtri N procuratoris in huiuſmodi cauſa quomodolibet data exhibita & producta eidẽ magiſtro. N. procuratori partique ſuæ reſtitui mandari. Vel dicendum &c. allegandum ad. i. diem.

De reſumptione cauſarum.

Ad dicendum contra commiſſionem & reſumi cauſam.

Ad dicendum & excipiendũ quicquid verbo vel in ſcriptis contra ſupradictam ipſi domino Auditori factam et præſentatam commiſſionem dicere ſiue excipere uoluerit. Necnon cauſam et cauſas huiuſmodi in eiſdem ſtatu et terminis in quibus coram. R. P. D. ſacri palatij apoſtolici cauſarum Auditore ante remiſſionem earundem iuxta et ſecundùm eiuſdem ipſi D. et tenorem per D. Auditorem præfatum reſumi. Vel dicendum &c.

Ad

Ad uidendum reſumi cauſas ad cancellariam remiſſas.

Ad uidendum & audiendum cauſam & cauſas huiuſmodi in eisdem ſtatu & terminis in quibus coram R. P. D. ſacri palatij apoſtolici cauſarum Auditore ante remiſſionem earundem ad concellariam apoſtolicam per eundem dominum Auditorem factas indeciſſe pendebant iuxta & ſecundùm prædictæ ipſi domino Auditori factæ & præſentatæ commiſſionis vim, formam continentiam & tenorem per eundem dominum auditorem reſumi: vel dicendum &c.

Si aliquis auditor ſacri palatij ex cauſa rationabili remittere uult cauſam ſibi commiſſam ad cancellariam apoſtolicam, ſufficit ꝙ notarius cauſæ præſentibus patribus, uel vna parte, Auditor faciat quod notarius cauſæ ſcribat in actis cauſæ qualiter ipſe auditor remittit ad cancellariam apoſtolicam cauſam inter tales perſonas, puta Titiũ ex una & Meuium partibus ex altera, de & ſuper tali canonicatu in eccleſia Tullenſi, exiſtẽti coram ſe pendente, not. Rot. in anti de iudic Dec. 27. aliàs 562. ſi aliquis auditori & idem eſt quando remittitur bulla indulti ad eandem cancellariam apoſtolicam prorẽ corrigendo.

Reſumi cauſas ante aduocationem uel ante receſſum Auditoris,

Ad uidendum & audiendum cauſam & cauſas huiuſmodi in eiſdem ſtatu terminis in quibus coram R. P. D N. ſacri palatij cauſarum apoſtolici auditore & aduocation. earundem, necnon ante præſentationem commiſſionis prædictæ (uel ante ipſius à Ro. cu. receſſum) indeciſę pendebant iuxta & ſecundùm eiuſdem commiſſionis vim, formam continentiam & tenorem per dominum Auditorem præfatum reſumi. Vel dicendum &c. ad. i. diem.

Reſumi cauſam aliàs N. Auditori commiſſam & nunc coram N Auditore penden.

Ad uidendum & audiend. cauſam aliàs Reuerendo patri &c. Auditori commiſſam & coram eo interdictos citatos ex vna & dictum N. principalem de & ſuper beneficio &c. diœce N. & illius occaſione partibus ex altera uerten. ſeu uerti ſperan. Nunc verò Reuerendo patri domino. N. Auditori præfato vigore dictæ præſen. commiſſion. depen. vltimò ſibi factæ & præſentatæ ſpecialiter commiſſam per eundem dominum Auditorem iuxta ipſius dependen. commiſſion. vim, formam continentiam & tenorem in eo ſtatu in quo vltimò coram dicto domino Auditore indeciſa pẽdet reſumi, & pro reſumpta haberi uel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare præmiſſa &c.

Ad uidendum admitti pro intereſſe.

Ad uidendum & audiendum prefatum magiſtrum. N. procuratorem partemq; ſuam ſupradictam ad cauſam & cauſas huiuſmodi & ipſius cauſæ proſecutionem in eiſdem ſtatu & terminis in quibus coram dicto domino N. Auditore de præſenti pendet indeciſa iuxta & ſecundùm ſupradictæ ipſi domino Auditori deſuper factæ & præſentatæ commiſſion. dependen. vim formam continentiam & tenorem pro ſuo intereſſe admitti, vel dicendum &c.

Ad uidendum deferri iuramentum in ſupplementum probation.

Iuramẽtum in ſupplemẽtum.

Ad videndum & audiendum dicto magiſtro N procuratori vel domino N. principali iuramentum in ſupplementum probationis poſitionum & articulorum vltimò pro parte ſua in huiuſmodi cauſa datorum quatenus opus ſit deferri ipſumque ad iurandum admitti & iurare uel dicendum &c.

In perhorrescē-tiam.

Ad videndum admitti ad iuramentum perhorrescentiæ.

Ad videndum & audiendum magistrum. N procuratorem ad præstandum iuramentum perhorrescentiæ, videlicet se & partem suam ob immoderatos fauores. N. ex aduerso principal. non posse neque sperare consequi iustitiæ complementum iuxta & secundùm ipsi domino Auditori desuper factæ & præsentatæ commission. vim, formam & tenorem admitti & iurare, vel dicendum &c.

Ad videndum resumi petitorium.

Ad videndum & audiendum petitorium alias huiusmodi causa intentatum deinde suspensum iuxta supradictę domino Auditori factæ & præsentatæ commission. dependen. vim, formam continentiam & tenorem resumi & pro resumpto haberi: vel dicendum &c. allegandum ad. i. diem.

De sequestro.

Ad videndum decerni sequestrum.

Ad videndum & audiendum dictam parochialem ecclesiam. N. ac omnes & singulos fructos redditus & prouentus iura obuentiones & munimenta ex eadem parrochiali ecclesia prouenientes & prouenientia ad vtilitatem ipsius qui finalem in causa victoriam obtinebit sequestrari, & sub firmo ac arcto sequestro poni & obseruari mandari, literasq; sequestratorias desuper necessarias & opportun iuxta & secundum certæ constitutionis fœlicis recordationis Innocentij Papæ. vilj desuper editę & Auditoribus sacri palatij causarum concessæ vim, formam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi. Necnon ad concordandum & conueniendum de iudice per quem & coram quo fructus. redditus & prouentus iura munimenta ex eadem parrochiali ecclesia prouenientes & prouenientia sequestrari & deponi debeant. Vel dicendum &c ad. i. diem.

Ad videndum relaxari sequestrum.

Ad videndum & audiendum sequestrum in huiusmodi causa per R. P. D. N. sacri palatij apostolici causarum & causæ huiusmodi in prima instantia Auditorem in vim specialis commission. sibi desuper factæ & præsentatæ commission. depositum seu decretum & concessum tolli & relaxari. Vel dicendum &c. ad. j. diem.

De recognitione sumpti.

Ad videndum recognosci sumptum & illud aperiri.

Ad uidendum & audiendum quoddam sumptum in huiusmodi causa producendum ac signetum eidem sumpto appositum & impressum recognosci & postquam recognitum fuerit ad videndum sumptum huiusmodi aperiri ad statim.

Ad dicendum contra sumptum productum.

Ad dicendum & accipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra supradictum sumptum superius ut premittitur in huiusmodi causa datum exhibitum productum & recognitū ac apertū dicere siue excipere uoluerint.

Ad videndum produci testes super recognitione sumpti & illud aperiri mandari.

Ad videndum & audiendum nonnullos testes in huiusmodi causa de perhibendo testimonium veritati de & super recognitione signeti certo sumpto appositi pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa dando exhibendo & producendo uel dato exhibito & producto, produci recipi iurare & ad iurandum admitti ac sufficienter recognosci, & postquā sumptum vt præmittitur productum & exhibitum per testes sufficienter recognitum fuerit ad videndum & audiendum huiusmodi sumptum per dictum Auditorem prætatum aperiri mandari & pro aperto haberi ad primam diem &c.

De & super recognitione signeti præfato sumpto superius ut premittitur

tur in huiusmodi causa dato exhibito atq; producto impositi & impressi.

De & super recognitione cuiusdā signeti cuidam sumpto de registro bullarum seu literarum Apostolicarum extracto & apud acta causę huiusmodi producendo appositi, & impressi. Necnon postquam signetum huiusmodi recognitum fuerit ad videndum, & audiendum sumptum huiusmodi aperiri & pro aperto haberi mandari ad statim videlicet ad horam vesperorum.

Ad videndum produci testes recognosci manum, & personam notarij in prothocollo subscripti & committi extensionem eiusdem.

Ad videndum &c. mihi præsentis causæ notario extensionem instrumenti ex prothocollo magi. N. olim notarij defuncti per D. Auditorē præfatum committi vel dicendum &c. ad primam diem &c.

Ad videndum & audiendum nonnullos testes in huiusmodi causa de perhibendo testimonium veritati, de & super recognitione manus & subscriptione ac personæ notarii in certo prothocollo subscripti pro parte dicti magistri N. procuratoris in huiusmodi causa dato exhibito, & producto quo ad actum siue notarii acceptation. & prouision. beneficij super quo agebat sub gratia expectatiua pro parte sua gratiosè concessa comprehensa produci recipi iurari & ad iurandum admitti & sufficienter recognosci, & postquam signum manus subscriptio & persona notarii prothocolli huiusmodi vt præmittitur exhibiti & producti per testes sufficiēter recognita fuerit ad videndum & viso audiendum mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto extensionem eiusd. actus siue notæ prothocolli huiusmodi ad hanc causam facien. per dominum Auditorem præfatum committi mandari & pro commisso haberi ad i. diem &c.

Ad videnḋ reiterari terminos in vim bullæ Innocentianæ.

De reiteratione terminorum.

Ad videndum & audiendum omnes & singulos terminos substantiales de stilo more usu iure obseruantia & consuetudine sacri palatij apostolici causarum seruari solitos in huiusmodi causa tentos reiterari vnico contextu vnicaq; audientia iuxta & secundùm certæ bullæ per fœlicis recordationis Innocentium Papam octauum desuper æditæ & Reu. Patribus sacri palatij Apostolici causarum Auditoribus & locotenen. eorundem concessę vim, formam continentiam & tenorem vnico contextu vt præmittitur reiterari & obseruari &c.

Ad videndum obseruari terminos vnico contextu in vim commission.

Ad uidendum & audiendum omnes & singulos terminos substantiales de stilo more vsu iure obseruantia & consuetudine sacri palatij Apostolici causarum seruari solitos vnico contextu & eadē audientia iuxta & secundùm ante dictę ipsi D. Auditori desuper factæ & præsentatæ commissionis vim, formam continentiam & tenorem obseruari, vel dicend &c.

Ad videndum se admitti ad reiterationem terminorum in vim commission. vel bullę.

Ad videndum & audiendum eundem magistrum N. procuratorē partemq; suam prædictam ad reiterationem & simultaneam obseruationem omnium & singulorum terminorum substantialium de iure, stilo obseruantia & consuetudine sacri palatij apostolici causarum obseruari solitorum simul & semel vnicoq; contextu, ac vnica & eadem audientia faciendum admitti, dictosq; terminos iuxta & secundùm præfatę ipsi D. Auditori desuper factę & presentatæ commissionis vim, formam continentiā & tenorem vnico contextu vt premittitur teneri & obseruari & reiterari (vel sic iuxta & secundùm certę bullę per fœlicis recordationis Inno. etc. vt supra.

Ad videndum cedi, & renunciari iuri liti & cauſæ.

Ad videndum & audiendum iuri liti & cauſæ huiuſmodi in manibus dicti domini Auditoris præfatum magiſtrum.N. procuratorem cedi & renunciari: necnon ceſſionem & renunciationem huiuſmodi admitti, vel dicendum etc.

Ad videndum concedi ſecundum fatale.

Ad videndum concedi fatale.

Ad videndum & audiendum dicto D.N. principali ſecundum fatale ad proſequendum appellationem pro parte ſua in hac cauſa inter poſitam & interiectam dari & concedi. Vel dicendum cauſam ſiquam habeat rationabilem quare præmiſſa minimè fieri debeant allegandum.

Ad videndum prorogari ſecundum fatale in vim bullæ.

Ad videndum.& audiendum ſecundum fatale iuxta & ſecundùm vim, formam, & tenorem ipſi Domino Auditori vltimò factæ & præſentatæ commiſſion.dependen prorogari vel dicendum &c. Vel ſic ad videndum, & audiendum ſecundum fatale iuxta & ſecundùm bullæ Innocentianæ deſuper æditæ & ſacri palatij cauſarum Auditoribus conceſſæ vim formã, & tenorem prorogari &c.

Ad videndum ſibi ſtatui terminum infra quem debeat docere de gratia expectatiua.

Ad videndum & audiendum ſibi certum peremptorium terminum cõ petentem infra quem de gratia expectatiua ſui principalis ſeu eius ſumpto cũ proceſſu deſuper fulminato concordan.docere legitime debeat iuxta & ſecundùm commiſſion. dependen. ipſi domino Auditori vt præmittitur deſuper in hac cauſa factæ & preſentatæ vim, formam continentiam & tenorem prefigi ſtatui, & aſſignari, vel dicendum etc.

Ad docendum de mandato.

Ad videndum, & audiendum ſibi certum peremptorium terminum competentem infra quem de mandato procurationis ſuæ pro parte Domini N. principalis ſui legitimi docere debeat præfigi, ſtatui, & aſſignari, vel dicendum etc.

Ad uidendum prefigi terminum.

Ad videndum et audiendum ſibi aliquem certum peremptorium terminum competentem ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis: necnon producendum quicquid ipſe magiſter.N. ex aduerſo procur. in huiuſmodi cauſa probare & producere voluerit ſub pœna repulſionis iuxta & ſecundùm ſupradictæ ipſi D. Auditori vltimò factę & et præſentatæ commiſſionis vim, formam et tenorem per eundem D. Auditorem prefigi ſtatui & aſſignari vel dicendum &c.ad primam diem.

Ad docendum de ſententia in partibus lata & illam producendum.

Ad docendum & fidem legitimam faciendum de ſententia pro parte dicti magiſtri N. ex aduerſo procuratoris in huiuſmodi cauſa in partibus lata ſi quam habeat & illam coram Domino Auditore prælato exhibendum, & producendum ad ſtatim &c.

Ad procedẽdũ prout de iure.

Ad producendum prout de iure. Alioquin ad videndum Abſolui ab impetitione primò pro prima dilatione.

Ad procedendum & procedi videndum prout de iure fuerit procedendum in cauſa & cauſis huiuſmodi primò & pro prima dilatione. Alioquin ad videndum & audiendum dictum magiſtrum N. procuratorem partem que ſuam principalem ab inſtantia iudicij, & obſeruatione terminorum de iure more et ſtilo Rom cur. ac ſacri palatij cauſarum Apoſtolici ſeruari ſolitorum ab impetitione dicti N. ex aduerſo principalis abſolui: vel dicendum etc.

Ad reſpondendum ſingulariter ſingulis necnon arreſtaſſe ne recedat.

Ad reſpondendum ſingulariter ſingulis poſitionibus & articulis pro parte dicti magiſtri N. procuratoris pro parte ſua in huiuſmodi cauſa datis exhibitis & productis: necnon eund. N. ſub pœna excommunicationis arreſtaſſe ne à Ro.cu. recedat niſi prius dict. poſitionibus, & articulis medio ſuo iuramento reſpondeatur.

Vel ſic.

Ad reſpondendum medio ſuo iuramento per verbum credit vel non credit ſingulariter ſingulis poſition. & articulis exceptionibus replicationibus articulat. & aliis materiis articulatis ad.i.diem.

Ad videndum remitti bullam indulti ad cancellariam apoſtolicam pro corrigendo.

Ad videnda. & audiendum bullam indulti ſuperius in huiuſmodi cauſa pro parte N. productam eidem D.N. principali per prefatum D.N. Papam conceſſam ad cancellariam eiuſdem domini noſtri Papæ pro corrigendo illam remitti, & committi ad ſtatim.

Ad videndum tradi Regiſtrum.

Ad videndum & audiendum regiſtrum prioris inſtan. Domino Auditori præfato per me præſentis cauſæ notarium atque ſcribam prædictum tradi & aſsignari. Vel dicendum etc. aliegandum.

Ad videndum corrigi.

Ad videndum et audiẽdum regiſtrum coram R. D. N. ſac. palatij Apoſtoli. cauſarum Auditori in priori inſtantia factum per D. Auditorem corrigi mandari ad ſtatim.

Ad videndum decerni allegationes.

Ad uidendum et audiendum publicas allegationes ſuper dubiis in huiuſmodi cauſa decerni et concedi ad ſtatim.

Ad videndum confiteri debitum.

Ad confitendum confiteriq; videndum, et audiendum debitum ſuper N. in quibus.N. certis legitimis de cauſis ſub pœnis cameræ Apoſtolicæ tenentur et obligantur, vel dicendum &c.

Ad videndum admitti.N. ad ceſsionem bonorum.

Ad videndum & audiendum dictum N. principalem ad ceſsionem omnium bonorum ſuorum iuxta vim, formam & tenorem cedulæ deſuper factæ & præſentate admitti Vel dicendum et allegandum.

Ad videndum dari cautionem fideiuſſoriam pro expen. taxatis.

Ad recipiendum & dari videndum cautionem fideiuſſoriam pro expẽ. in quibus D.N. principalis præfatus occaſione canonicatus & præben. eccleſię N. diœce. N. de quiſquis hic agitur dicto D. N. ex aduerſo principali ſententialiter eſt condemnatus ad i. diem &c.

Ad videndum extrahi iura ex prothocollis.

Ad videndum & audiendum iura, & munimenta ac inſtrumenta ex manualibus & prothocollis penès prefatum N. notarium exiſtentia extrahi et tranſumi ad horam veſperorum preſentis diei prout et quemadmodum etc.

Ad recuperandum pignora.

Ad releuandum & recuperandum certa pignora penès. N. exiſtentia et ad inſtan. N. principalis pro cauſa. N. et illius occaſione arreſtata: aliàs ad videndum, et audiendum N. ſubarreſtari ſeu ad ſonum preconis uendi ad ſtatim.

Ad videndum decerni literas monitorias & in euentum citatorias.

Ad videndum & audiendum literas monitorias, & in euentum citatorias extra Ro.cu. & ad partes in forma ſolita & conſueta decerni & concedi. vel dicendum &c. ad ſtatim.

Ad docendum ſe paruiſſe monitorio.

Ad docendum, & clarè demonſtrandum ſe monitorio aliàs ad partes decreto paruiſſe & obtemperaſſe. Primò & pro prima dilatione (vel ſecundò pro ſecunda dilatione, vel tertiò, & pro tertia dilatione, vel quartò & pro quarta dilatione & ex ſuperabundanti) Alioquin ad videndum & audiendum ſe declarari incidiſſe pœnas, & cenſuras in dicto monitorio contentas ad ſtatim &c.

Ad docendum & clarè demonſtrandum ſe literis monitorialibus in vim bullæ fœ re. Eugenij Papæ iiij. contra eum ad partes decretis exequutis, & reproductis, in omnibus & per omnia iuxta illarum formam & tenorem paruiſſe, obediuiſſe & obtemperaſſe, primò prima dilatione, vel ſecundò pro ſecunda ditatione, vel tertiò pro tertia, vel quartò pro quarta dilatione & ex ſuperabundanti, ad primam diem &c.

DE REMISSIONIBVS.

Ad videndum articulos ad probandum admitti extra cur. & decerni remiſſionem, & ad concordandum de iudicibus coram quibus loco in quo, & termino infra quem.

AD videndum & audiendum omnes & ſingulos poſitiones & articulos ac materias articulatas pro parte dicti magiſtri N. procuratoris in huiuſmodi cauſa quomodolibet exhibitos & productos atque datos, etiam per prius in Roma cur. ad probandum admiſſos nunc extra eandem Romanam cur. & in partibus admitti, remiſſionemq; deſuper iuxta & ſecundum certæ bullæ ſiue conſtitutionis per fœlicis recordationis Innocen. Papam viij. deſuper editæ & Reuerendis Patribus ſacri palatij cauſarum Apoſtolici Auditoribus conceſſæ, vim, formam, continentiam, & tenorem, in forma ſolita & conſueta decerni & concedi, vel dicendum &c. Necnon ad concordandum & conueniendum concordarique & cõueniri, videndum ſupradicta ſuperius vt præmittitur per D. Auditorem ad partes decreta, & de loco in quo, & iudicibus coram quibus & termino infra quem remiſſio conceſſa in eiſdem partibus expediri & exequi poſſit & valeat, ac debitę executioni demandari ad primam diem.

Vel ſic.

Ad videndum & audiendum vt ſupra remiſſionemq; deſuper iuxta, & ſecundùm vltimæ ipſi Domino Auditori factæ & præſentatæ commiſſionis vim, formam, continentiam & tenorem in forma ſolita & conſueta decerni concedi &c. vt ſupra.

Ad videndum decerni literas remiſſorias.

Ad uidendum & audiendum literas remiſſorias extra Ro.cu. & ad partes in forma ſolita & conſueta decerni et concedi, vel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare præmiſſa etc. allegandum ad primam.

Ad videndum decerni remiſsionem iuxta formam et tenorem commiſsionis.

Ad uidendum et audiendum remiſsionem extra Rom. cur et ad partes iuxta et ſecundùm præfatæ ipſi Domino Auditori deſuper factæ, & præſentatæ

ſentatæ commiſſionis vim, formam, continentiam, & tenorem ſub dicti domini Auditoris ſigillo, in forma ſolita & conſueta decerni & concedi. Vel dicendum &c.

Ad dandum interrogatoria rotulo includenda.

Ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria rotulo remiſſion. ſupradictæ includenda iuxta & ſecundùm quæ teſtes in partibus pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris in vim eiuſdem remiſſion. producendos & examinandos interrogari debeant ſeu examinari ſiqua pro eorundem examine dare uoluerit ad hodie & cras per totam diem.

Ad uidendum includi articulos vnà cum interrogatorijs & rotulum claudi.

Ad uidendum & audiendum poſitiones & articulos aliasq; materias articulatas pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris in hac cauſa datos exhibitos & productos ac extra Ro.cu. ut præmittitur & ad partes ad probãdum admiſſos vnà cum interrogatorijs deſuper productis rotulo remiſſionis præ dictæ includi & pro incluſis haberi, ipſumq; rotulum claudi & pro cluſo haberi, vel dicendum.

Ad uidendum tradi remiſſionem portatori.

Ad uidendum & audiendum remiſſionem ſupradictam ut præmittitur decretam, eiusq; rotulum cum omnibus & ſingulis eidem rotulo incluſis, portitori ſiue nuncio ſuperius vt præmittitur producto admiſſo, & iurato ad fideliter portandum præſentandum tradendum iudici cui dicta remiſſio dirigitur tradi & aſſignari, vel dicendum &c.

Ad videndum iurare portitorem.

Ad uidendum & audiendum quendam portitorem ſiue nuncium remiſſion. prædictæ produci, recipi, deputare, iurare, & ad iurandum admitti de fideliter portando & præſentando rotulum remiſſionis eidem iudici in dicta cauſa deputato, vel dicendum &c.

Ad concordandum de portitore & uidendum illum iurare.

Ad concordandum & conueniend. de portitore remiſſionis aliàs ad partes decretæ ad fideliter portandum rotulum remiſſionis huiuſmodi iudici ad hoc deputato produci, recipi iurari & ad iurandum admitti ad ſtatim.

Ad videndum prorogari tempus remiſſionis.

Ad videndum & audiendum terminum expeditionis remiſſion. per. D. Auditorem præfatum aliàs ad partes decretæ & conceſſæ ad aliquem ulteriorem terminum iuxta & ſecundùm certæ bullæ ſiue conſtitution'. In noc. & c. ut ſupra (vel iuxta & ſecundùm ultimæ ipſi domino Auditori factæ & præſentatę comiſſion) vim, formam, cõtinentiam & tenorem in forma ſolita & conſueta prorogari, literasq; deſuper neceſſarias decerni & cõcedi, uel dicendum &c.

Ad videndum remiſſionem de partibus reportari. Et portitorem iurare de fideliter portaſſe & recognition. ſigilli.

Ad videndum & audiendum remiſſion. aliàs ut præmittitur ad partes decretam & in eiſdem executam vna cum eius remiſſion. rotulo. Necnon acta, actitata, aliaq; iura & munimenta extra Ro. cu. & in partibus in uim dictæ remiſſion. atque literarum deſuper pro parte dicti magiſtri N. procuratoris ſuperius ut præmittitur in huiuſmodi cauſa decretarum extracta, habita & facta reportari & produci. Ac nuncium ſiue portitorẽ huiuſmodi actorum & actitatorum ad iurandum, videlicet quod eadem acta & actitata in partibus habita & per ipſum producenda fideliter & legaliter ab ipſis iudicibus & commiſſarijs pro expeditione eiuſdem remiſſion depu-

Rom. cur. portauerit & præsentauerit, produci, recipi, admitti & iurare etiã de & super recognitione sigillorum, iudicum & executorum remissionis prædictę in partibus expeditę & actis & actitatis in ipsis partibus in vim dictarum literarum remissorialium habitis & factis & clausis presentatis appensorum produci, recipi, iurari, & ad iurandum admitti ad 1. diem &c.

Ad videndum iurare testes super recognitione sigilli remission.

Ad uidendum & audiendum nonnullos testes in huiusmodi causa produci recipi & iurare & ad iurandum admitti, de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione sigilli dictæ remissioni appositi. Necnon postquam dicta remissio recognita fuerit ad videndum & audiendum aperiri, & pro apertis haberi. Vel dicendum & causam &c.

Aliquando sic. ad recognoscendum & recognosci videndum sigillum remission de partibus reportata & videndum dictam remissionem aperiri. Vel dicendum &c.

Aliquando sic. Ad videndum aperiri mandari acta in vim remissionis in partibus habita & facta salua recognition.

Ad uidendum & audiendum acta, actitata in partibus in uim remissionis prædictæ desuper decretæ & concessę habita in huiusmodi causa & clausa fideliter præsentata salua recognitione sigilli, vel sigillorum iudicum, executorum, pro expeditione eiusdem remissionis deputari, dictis actis appensa, uel appensorum, per dominum Auditorem præfatum aperiri, mandari. & pro apertis haberi, vel dicendum &c.

Ad dicendum cõtra remissionem & iura in partibus producta.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra supradictam remissionem ut præmittitur de partibus reportatam & reproductum. Necnon acta actitata dictæ remission. uigore in partibus habitata & facta, aliaq; iura & munimenta in eadem remissione contenta dicere siue excipere voluerit ad primam diem. &c.

Vel sic aliquando.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra remissionem supradictam superius vt præmittitur de partibus remissam, & apud acta causæ huiusmodi reexhibitam, & reproductam dicere siue excipere voluerit.

Ad concordandum de interprete & uidendum illum iurare.

Ad concordandum & conueniendum de aliquo interprete ipsumq; interpretem produci, recipi, iurare, & ad iurandum admitti de fideliter interpretando nonnulla iura & munimenta in uulgari Alamanico conscripta ac superius apud acta cause huiusmodi pro parte ipsius magistri. N. procuratoris data exhibita & producta de uulgari Alamanico in Latin.

Ad uidendum iurare interpretem pro testibus.

Ad concordandum & conueniendum de aliquo interprete ipsumq; interpretem produci, iurare, & ad iurandum admitti de fideliter interpretando dicta siue depositiõ. testium in huiusmodi causa pro parte dicti magistri N. procuratoris productorum & receptorum, uel producendorum & recipiendorum, de uulgari Hispanico in Latinum.

DE RECOGNITIONE, ET TESTIBVS.

Ad recognoscendum uel negandum sigilla, signa, & manus.

AD recognoscendum uel eius medio iuramento negandum uel affirmandum signa manus & personas notariorum iuribus & munimentis

tis pro parte dicti magistri. N. procuratoris in hac causa datis exhibitis & productis apposita subscripta & appensa ad statim.

Ad uidendum iurare testes super recognitione sigilli remission.

Ad uidendum & audiendum nonnullos testes in huiusmodi causa produci, recipi & iurare, & ad iurandum admitti de perhibendo testimonium in huiusmodi causa ueritati, de & super recognition sigilli dictæ remissioni appositi. Necnon postquam dicta remissio recognita fuerit ad videndum & audiendum aperiri & pro aperta haberi, vel dicendum &c.

Aliquando sic. Ad recognoscendum & recognosci uidendum sigillum remission. de partibus reportatæ appensum & ad uidẽdum dictam remissionem aperiri & pro aperta haberi, vel dicendum &c.

Ad recognoscendum signa sumpto impressa.

Ad recognoscendum vel medio suo iuramento negandum vel affirmãdum quoddam sigillum super quodam sumpto de regiſtro literarum Apostolicarum appositum & impressum, ac in causa præsenti pro parte magistri. N. procuratoris productum, ipsumq; sumptum aperiri.

Ad videndum iurare testes super recognitione & tota causa.

Ad videndum & audiendum nonnullos testes de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati tam de & super recognitione sigillorum, signorum, manuumq; notorium iurium & munimẽtorum in hac causa pro parte dicti. N. principalis, uel procuratoris, datorum, exhibitorum, & productorum quam tota causa prẽsenti produci, recipi, iurari, & ad iurandum admitti ad primam &c. vel per totam audientiam.

Ad dandum interrogatoria.

Et nihilominus postquam testes pro parte ipsius. N. procuratoris, vel principalis, producti iurauerint vlterius ad dandum & exhibendum non nulla interrogatoria si quæ dare iuxta & secundùm quæ testes huiusmodi examinari voluerit & interrogari per illam & sequentem dies, vel ad hodie & cras per totam diem. Ad dandum interrogatoria.

Ad videndum iurare testes super tota causa.

Ad videndum & audiendum nonnullos testes de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati de & super tota causa præsenti produci recipi iurare & ad iurandum admitti ad primam. Ad uidendum iurare testes super tota causa.

Ad videndum iurare testes super recognitione.

Ad videndum & audiendũ nõnullos testes de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati de & super recognitione sigillorum signorum manumq; notariorum iurium & munimentorum in hac causa pro parte dicti magistri, N. productorum quàm & tota causa præsenti produci recipi, iurare, & ad iurandum admitti ad statim. Ad uidendum iurare testes super recognitione.

Vel sic.

De & super non tuto accessu ad. N. ex aduerso principalem ac etiam parochialem N. diœce. N. pro citatione legitima in huiusmodi causa ad partes decernendum & exequendum.

Vel sic.

De & super d cti dñi. N diœce ex aduerso principalis à Ro. cur. ab tia.

Vel sic. De & super intrusione dicti domini N. principalis in canonicatu & præben. ecclesiæ. N. super quibus hic agitur.

Vel sic. De & super morte vel abtentia dñi N ex aduerso principalis.

Ad videndum iurare testes & citasse duos testes.

Ad videndum & audiendum nonnullos testes in huiusmodi causa producti, recipi, & iurare, & ad iurandum admitti Necnon etiam similiter peremptorie citasse duos testes, videlicet honorabiles viros dominos. N. & N. ad

N. ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione sigillorum signorum manuumq; notariorum iurium & munimentorum pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datorum exhibit. & productorum quàm tota causa præsenti ad statim vel ad primam.

Ad videndum iurare testes affuturos.

Ad videndum iurare testes affuturos.

Ad videndum & audiendum nonnullos testes affuturos vt tanquam testes affuturos in hac causa produci, recipi, iurare & ad iurandum admittam de & super affuturatione quàm tota causa præsenti, necnon etiam similiter peremptoriè citasse duos testes affuturos videlicet honorabiles viros dominos. N. & N. vt & tanquam testes affuturos ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati tam de & super affuturatione quàm tota causa præsenti ad statim.

Ad videndum committi &c.

Ad videndum committi receptionem iuramentorum egregiarum personarum.

Ad videndum & audiendum mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto receptionem iuramentorum nonnullarum egregiarum impeditarum vel infirmarum personarum videlicet. N. & N. pro parte dicti magistri N. procuratoris in huiusmodi causa producendorum de perhibendo testimonium veritati & eorum examine per dominum Auditorem præfatum committi, vel dicendum &c. ad primam vel per totam audientiam &c. Et postquam commissum fuerit ad videndum & audiendum eosdem egregias impeditas (vel infirmas) personas quæ commode adiudicium adduci non possunt in domibus habitationum suarum successiuè in testes in præsenti causa produci recipi, & iurare & ad iurandum admitti de perhibendo testimonium veritati tam de & super &c. hora xxij. præsentis diei. Et postquam iurauerit ad dandum interrogatoria &c. prout & quemadmodum &c.

Quando committitur receptio vnius testis.

Ad videndum & audiendum mihi præsentis causæ notario atq; scribæ prędicto receptionem iuramenti domini. N. testis committi vt suprà.

Ad videndum iurare egregias personas.

Ad videndum & audiendum nonnullos nobiles vel egregias personas quæ commodè ad iudicium adduci non possunt, videlicet Reuerendos patres dominos. N. & N. in domibus habitationum suarum in testes in præsenti causa produci recipi iurare & ad iurandum admitti de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati. Necnon ad videndum & audiendum mihi præsentis causæ notario &c. vt suprà.

Ad videndum publicari dicta testium.

Ad videndum publicari dicta testium.

Ad videndum & audiendum dicta siue attestation. testium superius in hac causa pro parte dicti. N. ex aduerso procuratoris productorum admissorum iuratorum & examinatorum publicari, copiamq; eorundem decerni & concedi.

Ad videndum aperiri dicta testium.

Ad videndum & audiendum dicta siue depositiones testium in partibus examinatorum clausa & in fine huiusmodi processus in partibus habiti & apud acta causæ producti ligata aperiri & pro apertis haberi mandari vel dicendum &c.

RELA-

RELATIONES EXCOMMVNICATION.

Ad videndum se excommunicari.

AD videndum & audiendum se. Ex & prout eo &c. non curat in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari, mandari, literasq; excommunicatorias & denunciatorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta per dominum Auditorem præfatum decerni & concedi, vel dicendum & causam &c.

Quia non satisfecit notario.

Ex & pro eo quia licèt ad hoc sufficienter monitus fuerat & debitè requisitus. Non tamen mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto de salario meo per me pro parte ipsius magistri. N procuratoris ex aduerso in huiusmodi causa prout præmittitur legitimè deseruito satisfacere curauit prout de prędenti non curat, literasq; &c. vt supra concedi, vel dicendum.

Quia nō satisfecit notario prio tis instantię.

Ex & pro eo quia licèt &c. vt suprà. Non tamen discreto viro magistro N. in priori præsentis causæ instantia notario de salario suo prædicto per eum vt prędmittitur pro parte ipsius magistri. N. ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa legitimè deseruito satisfacere curauit prout de præsenti adhuc non curat, literasq; &c. concedi, vel dicendum.

Quia non respō dit singulariter singu. positioni bus.

Ex & pro eo quia licèt &c. non tamen singulariter singulis positionibus & articulis necnon materijs articulatis in huiusmodi causa pro parte dicti magistri. N. procuratoris datis exhibitis & productis medio suo iuramento per verbum credit vel non credit respondere curauit prout nec de præsenti curat, literasq; &c. concedi, vel dicendum.

Quia non accęptauit vel refutauit onus procurat.

Ex & pro eo quia licèt &c. non tamen onus procurationis in huiusmodi causa pro dicto domino. N. ex aduerso principali acceptare siue refutare curauit prout nec adhuc curat de præsenti.

Quia non transportauit registrum.

Ex & pro eo quia licèt ad hoc sufficienter monitus fuerat & debitè requisitus non tamen registrum in priori instan. prędentis causæ coram R. P. D. N. sacri palatij apostolici causarum auditore domino suo per eum habitum & factum & adhuc penes eum existens ex quo huiusmodi causæ acta vt prędertur & merita ac circunstantiæ plenariè cognosci & examinari possint & valeant coram domino Auditore præfato producere & portare & mihi prędentis causæ Notario atque scribæ prædicto assignare præsentare & exhibere curauit prout nec adhuc de præsenti curat, literasq; &c. vel dicendum.

Quia nō produxit iura penes eum existentia.

Ex & pro eo quia licèt &c. vt in præcedenti. Non tamen omnia & singula iura & munimenta literas scripturas processus & instrumenta quæcunque penes eum existentia & ad hanc causam facientia præsentare in huiusmodi causa & exhibere curauit prout nec de præsenti curat, literasq; &c.

Quia non prędentauit mandatum procurat

Ex & pro eo &c. Non tamen mandatum procurationis in huiusmodi causa si quod habeat mihi præsentis causæ notario atque scribę prædicto prędentare seu exhibere curauit prout nec de prędenti curat, literasq; &c.

Quia non respondit libello.

Ex & pro eo &c. Nec tamen libello pro parte sibim huiusmodi causa ad uersa oblato respondere curauit prout nec de prędenti curat, literasq; &c. vel dicendum.

Quia non perhibuit testimoniu veritati.

Ex & pro eo quia licèt &c. Non tamen iuramentum de perhibendo testimonium in hac causa veritati prędtare curauit prout nec de præsenti curat, literasq; &c vel dicendum.

Ad

Ad videndum se excommunicari quia non paruit monitorio.

Ad videndum se excommunicari.

Ad videndum & audiendum se per dominum auditorem præfatum ex & pro eo quia licèt sufficienter monitus fuerat &c. prout de præsenti adhuc non curat contra eum decreti & executi in scriptis excommunicari & excommunicatumq; vt talem &c. vt suprà.

Ad videndum reintegrari monitorium & se excõmunicari.

Ad videndum & audiendum monitorium superius vt præmittitur per d. Auditorem præfatum in huiusmodi causa ad dicti domini. N. principalis instantiam contra supradictum D.N.ex aduerso principalem decretum & concessum & legitimè executum, necnon per eundem dominum. N. ex aduerso principalem siue eius procuratorem negatum & propter negationem huiusmodi suspensum reintegrari. Nec non se ex & pro eo quia licèt ad hoc sufficienter monitus fuerat & debitè requisitus non tamen eidè domino. N. principali de summa & quantitate in dicto monitorio contenta satisfacere curauit prout adhuc de præsenti non curat in scriptis excommunicari excommunicatumq; vt talem publicè denunciari mandari, literasq; &c. decerni & concedi, vel dicendum &c.

Ad videndum principalem vel procur. excommunicationis sententiam incidisse declarari & literas decerni.

Ad videndum se declarari & literas decerni.

Ad videndum & audiendum se sententiam excommunicationis aliàs in eum vt præfertur per dominum Auditorem præfatum ex & pro eo quia licèt sufficienter monitus fuerat &c. prout de præsenti non curat latam & promulgatam incidisse declarari, excommunicatumq; & vt talem &c. literasq, excommunicatorias & declaratorias &c. vel dicendum &c.

Aliquando sic.

Ad videndum tradi mandari literas.

Ad videndum & audiendum supradictum. N. ex aduerso procuratorem vel principalem sententiam excommunicationis in monitorio specialiter superius vt præmittitur contra eum decreto & in eundem executo contentam incidisse declarari, ipsumq; excommunicatum & vt talem publicè denunciari mandari, literasq; &c. vt suprà.

Ad videndum tradi literas excommunicatorias.

Ad videndum & audiendum literas excommunicatorias per dominũ Auditorem præfatum contra magistrum. N. ex aduerso procuratorem & ad instantiam magistri. N. procuratoris ex & pro eo quia licèt sufficienter monitus &c. minimè curauit in forma solita & consueta decretas & concessas eidem magistro. N. procuratori tradi & assignari, vel dicendum &c.

Aliquando sic.

Ad videndum & audiendum literas excommunicatorias denunciatorias & declaratorias superius vt præmittitur in huiusmodi causa per dominum auditorem præfatum decretas & concessas ob non solutionem mei præsentis causæ notarij atque scribæ prędicti contra eundem. N. ex aduerso procuratorem exequendas tradi mandari. Vel. dicendum &c.

Ad videndum decerni literas excommunicatorias.

Ad videndum & audiendum literas excommunicatorias contra d. N. ex aduerso principalem ex & pro eo quia huiusmodi causæ prioris instantiæ notario de suo in eadem causa deseruito salario satisfacere minimè curauit decerni & concedi. Vel dicendum &c. ad statim.

Ad videndum se reintrudi vinculo excommunicationis.

Ad videndũ & audiendũ se in sententiã excommunicationis aliàs in eũ latam & à qua absolutus erat ex & pro eo quia non refecit expen. occasione huiusmodi excommunicationis pro parte ipsius magistri. N. procuratoris factis reintrudi & in eã reincidisse declarari. Vel dicendũ &c. ad statim.

Ad

Ad videndum & audiendum d. N. principalem se pœnas sententias & censuras in literis monitorialibus in vim bullę fœ. re. Eugenij Papæ quarti in fauorem curialium concessæ contra eundem d. N. decret. exequut. & reproductis conten. ob illarum non paritionem incidisse & incurrisse declarari, vel dicendum ad primam &c.

Ad videndum N. principalem aggrauari.

Ad videndum aggrauari.

Ad videndum & audiendum excommunicationes aliasq; sententias cẽ suras & pœnas in & contra præfatum dominum. N. ex aduerso principalẽ partem suam vt præmittitur superius excommunicatum denunciatum ob non paritionem monitorij antedicti contra eum decreti & executi (vel literarum executorialium) in huiusmodi causa contra eum decretarũ & legitimè executarum in scriptis latas & promulgatas vlterius aggrauari, literasq; aggrauatorias desuper necessarias &c. Vel dicen. &c.

Ad videndum principalem suum aggrauari, & reaggrauari.

Ad videndum reaggrauari.

Ad videndum & audiendum processus executoriales superius vt præmittitur contra præfatum dominum. N. ex aduerso principalem decretos & fulminatos vlterius eundem. N. vt præmittitur excommunicatum ob non paritionem earundem literarum executorialium vim, formam cõtinentiam & tenorem per dominum auditorem præfatum aggrauari (vel reaggrauari) ipsumq; dominum. N. ex aduerso principalem excommunicatum denunciatum aggrauatum (& reaggrauatum) & vt talem publicè denunciari mandari, ac literas excommunicatorias denunciatorias aggrauatorias (& reaggrauatorias) in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam &c.

Ad videndum interdici.

Ad videndum interdici.

Ad videndum & audiendum omnes & singulas ciuitates, terras oppida castra villa suburbia villagia capitula collegiatas ecclesias monasteria capellas parrochiales, & alia quæcunque loca in & sub quibus seu ad quę ipsum dominum. N. ex aduerso principalem morari declinare seu deuenire contigerit interdici ac ecclesiastico interdicto supponi literasq; interdictis desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum &c.

Ad videndum inuocari brachium seculare.

Ad videndum inuocari brachium seculare.

Ad videndum & audiendum in subsidium iuris contra. N. ex aduerso principalem auxilium brachij secularis inuocari literasq; inuocatorias brachij secularis decerni & concedi. Vel dicendum &c.

Ad videndum relaxari censuras & illarum loco tradi mandatum executiuum.

Ad videndum &c. sententiam excommunicationis aggrauation. regrauation. vnà cum inuocatione auxilij brachij secularis omnesq; aliàs censuras ecclesiasticas aliàs per eum in iudicio susceptas relaxari mandari, nec non illarum loco mandatum executiuum decerni. Vel dicendum &c.

Ad videndum censuras ad tempus suspendi.

Ad videndum & audiendum excommunication. aliasq; sententias censuras & pœnas in ipsum. N principalem ob non paritionem literarum executorialium contra eum decretarum & executarum latas & inflictas per totum mensem N suspendi ad statim &c.

Ad videndum suspensionem censurarum reuocari.

Ad videndum & audiendum suspensionem excommunicationis aliarumq; sententiarum & censurarum in ipsum. N principalem ob non paritionem literarum executorialium contra eum decretarum & executarũ literarum & inflictarum per R. P. D. auditorem prefatum factam rationabilibus ex causis reuocari & pro reuocata haberi ad statim.

Ad

Ad videndum intimari auditoribus qualiter est excommunicatus.

Ad videndum & audiendum intimari dominis auditoribus qualiter ipse. N. ob non solutionem salarij antedicti est excommunicatus & vt talis declaratus ad statim.

RELATIONES ABSOLVTIONVM.

Ad videndum absolui ob non paritionem monitorij.

Ad videndum absolui ob non paritionem monitorij.

AD videndum & audiendum se ab excommunicationis sententia aliàs in ipsum vt præmittitur per d. N. auditorem ob non paritionem monitorij contra eum ad instantiam d. N. ex aduerso principalis decreti & executi lata. In forma sanctę matris ecclesiæ absolui communioniq; fidelium & ecclesiasticorum sacramentorum participationi restitui, literasq; absolutorias & restitutorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum &c.

Ad videndum se absolui ob non solutionem notarij.

Ad videndum & audiendum eundem magistrum. N. ex aduerso procuratorem à sententia excommunicationis supradicta aliàs in eum ob nō solutionem salarij per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum in huiusmodi causa pro parte sua legitimè deseruiti superius vt præmittitur lata absolui communioniq; fidelium &c. vt suprà.

Ad videndum se absolui ob non responsionem libelli.

Ad videndum & audiendum partem suam ab excommunicationis sententia in eam propter non responsionem libelli pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa oblati absolui, & absolutum denunciari mandari, literasq; absolutionis desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi, vel videndum &c. ad primam.

Ad videndum absolui ad effectum validitatis sententiæ ferendæ.

Ad videndum & audiendum dominum. N. principalem prædictum à quibuscunque sententijs excommunicationis in eum latis ad cautelam ac ad effectum validitatis sententiæ per dominum pro eo in huiusmodi causa ferendæ absolui ac beneficium absolutionis sibi vt moris est imponi & impendi, vel dicendum &c.

Ad videndum se absolui ab instan. seu petitione iudicij.

Ad videndum & audiendum se partemq; suam ab instantia iudicij & obseruatione terminorum de more & stilo sacri palatij Apostolici seruari solitorum & ab impetitione partis sibi in huiusmodi causa aduersę absolui & relaxari. Vel dicendum &c. ad primam.

DE INTIMATIONIBVS.

Intimatio q; dominus habet registrum.

LEgitimè intimasse domino. N. principali prædicto Romæ personaliter inuento, reperto & apprehenso qualiter dominus Auditor præfatus registrum in huiusmodi causa habitum & factum causa expeditionis siue expediendi hanc causam, & inter dominos coauditores suos in Rota ponendi, in camera sua habebat & tenebat prout & quemadmodum &c.

Intimatio q; articuli sunt dati medio iuramento & specificati.

Intimasse domino. N ex aduerso principali prædicto Romæ personaliter inuento & apprehenso quomodo & qualiter præfatus dominus N. in mandatis. Intimasse domino. N. ex aduerso principali prædicto Romæ personaliter inuento & apprehenso quomodo & qualiter præfatus dominus N. principalis protestationi partis sibi aduersæ satisfacere volens positiones & articulos ac materias articulatas pro examinè testium suorum specificauit &

uit & designauit. Ipsasq; materias sic specificatas & designatas medio suo iuramento quod tunc propter hoc tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia præstitit in manibus præfati domini Auditoris, vel in manibus mei notarij atque scribæ prædicti, dedit & exhibuit, dicens testes suos super omnibus articulis in huiusmodi causa datis (vel super articulis vltimo loco dat.) examinari debere, prout & quemadmodum &c.

Intimasse D.N. ex aduerso principali qualiter dominus Auditor præfatus eidem terminum ad probandum & probatum habendum &c. iuxta formam commissionis ad secundam diem &c. pręfixit, prout &c.

Intimasse D.N. ex aduerso principali qualiter dominus Auditor præfatus declarauit eum & contra eum literas decreuit nisi ad 1. diem &c.

Intimatio q; N. procuraror acceptauit onus procurationis.

Die &c. Ego præsentis causę notarius atque scriba prædictus venerabili viro domino. N. principali, qualiter magister. N. procurator dedit mandatum procurationis pro domino. N. principali suo & pro eodem acceptasse procurationis onus & vltra protestatus fuit quod nihil in huiusmodi causa fiat nisi eo vocato pariter atque citato intimaui & insinuaui.

DE ABSOLVTIONIBVS.

Comparuit ī iudicio magist. N. procurator & in cōt. obtinuit N. principale suū absolui ad cautelam cum reincidentia nisi infrà mensem compositum.

COmparuit in iudicio magister. N. procurator & supradicti magistri N. ex aduerso procuratoris, non comparentis, neque præfatum dominum. N. principalem suum à sententia excommunicationis in eum aliàs per N. ob non solutionem &c. infrà tempus per & communioni fidelium participationi ecclesiasticorum sacramentorum & sanctę matris ecclesiæ vnitati restitui videre seu audire nec causam si quam habeat rationabilem quare premissa fieri non debeant allegare curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eundem dominum. N. principalem suum à dicta excommunicationis sententia iuxta & secundùm ipsi domino auditori factæ & pręsentatæ commission. vim formā continentiam & tenorem ad cautelam absolui communioni fidelium & ecclesiasticorum sacramentorum participationi ac sanctæ matris ecclesię gremio & vnitati restitui literasq; desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. Et in eius contumaciam eundem dominum. N. principalem in personam tamen præfati magistri. N. procuratoris sui instantis & id flexis genibus humiliter fieri petentis ab excommunicationis sententia vt præfertur præmissorum occasione in eum lata. Recepto ab eodem magistro. N. procuratore ad mandatum ipsius domini. N auditoris & in eius manibus tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia corporaliter præstito iuramento de stando iuri & parendo sanctæ matris ecclesiæ mandatis ac suis more solito & consueto ad cautelam cum reincidentia nisi infrà mensem cum domino. N. ex aduerso principali composuerit. Aut aliter per dominum Auditorem de super ordinatum fuerit absoluendum duxit & absoluit. Ipsumq; communioni fidelium participationi ecclesiasticorum sacramentorum & vnitati ecclesię restituit & reintegrauit, iniuncta sibi pro modo culpę pœnitentia salutari. De & super quibus omnibus &c. vt supra.

Cōparuit ī iudicio. N procur. & ī cōtumaciā obtinuit principalē suum ad effectū

Et partis &c. Neque d. N. principalem a quibusvis excommunicationis alijsq; sententijs pœnis & censuris ecclesiasticis quibuscunque occasione & causa in eum forsan latis & promulgatis ad cautelam ac finem & effectū validitatis sententiæ diffinitiuę pro eo per dominum Auditorem in huiusmodi causa ferendæ absolui &c. vt suprà reputari. Et in eius contumaciam

ualiditatis ſniæ ferendę abſolui. Recepto etc. iuncta etc. præſentibus etc.

ciam eundem dominum. N. principalem ad finem & effectum prædictos abſolui ut in proxima poſtulauit Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam præfatum. N. principalem ut in præceden. vſque more ſolito & conſueto ad cautellam ac effectum ualiditatis ſententiæ diffinitiuę per eum in præſenti cauſa ferendę dumtaxat abſoluendum duxit & abſoluit, ipſumq; &c. ut ſupra de & ſuper quibus &c. prę ſentibus &c.

Comparuit in iudicio &c. procurator & præſente ex aduerſo procuratore obtinuit dominum N. principalem ſuum abſolui ad cautellam cum reincidentia niſi infra menſem &c. prefato magiſtro N. ex aduerſo procuratore ibidem adhuc ut præmittitur præſente audiente & ut apparuit intelligente ac conſentiente ſine præiudicio partis ſuæ abſoluendum duxit. Præſentibus ſocijs &c.

Procur. præſentę N. ex aduerſo procuratore et cō ſentiē. obtinuit principalē ſuū abſolui ad cautelam cum reincidentia niſi infrā menſem cōcordauerit.

Comparuit in iudicio coram domino N. Auditore prędicto magiſter N. procurator præfato magiſtro N. ex aduerſo procuratore ibidem preſente & ut apparuit intelligente ac expreſsè conſentiente præfatum dominum N. principalem ſuum à quadam ſententia excommunicationis aliàs in eum per R. p. d. N. Auditorem &c. ob non ſolutionem &c. infra tempus per eundem dominum Auditorem ſibi præfixorum in quibus in forma cameræ, vel aliàs præfato domino. N. ex aduerſo principali ut aſſeritur idem dominus. N. principal. obligatus extitit lata ad cautelam abſolui & communioni fidelium, participationi eccleſiaſticorum ſacramentorum & ſanctæ matris eccleſiæ vnitati reſtitui, literasq; deſuper neceſſarias & opportunas in forma ſolita & conſueta decerni & concedi per dominum &c. poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ſupradictum dominum N. principalem à prefata excommunicationis ſententia in eum vt præfertur lata in perſona tamen prefati magiſtri. N. procuratoris inſtan. ibidem flexis genibus id humiliter peten. Cum reicidentia niſi infra menſem proximè futurū concordauerit aut aliud deſuper per dominum Auditorem præfatum ordinatum fuerit præfato magiſtro. N. ex aduerſo procuratore ibidem preſente audien. & ut apparuit intelligente ac expreſsè conſentien. ad cautelam abſoluendum duxit & abſoluit, ipſumque communioni fidelium, participationi eccleſiaſticorum ſacramentorum & vnitati eccleſiæ reſtituit reintegrauit iniuncta ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari. De & ſuper ut ſupra.

Comparuit in iudicio N. procur et obtinuit ſe ab ſolui in quibus paruit ſimpliciter, in qbus non paruit per feſta paſcalia aut vacantias cum reincidē. recepto etc ſiūcta etc. & ſuper quibus etc.

Comparuit &c. N. procurator, & ſe à quibuſcūque ſententijs excommunicationis in eum forſan ob non partitionem quorumcunque monitoriorum latis quatenus indigeat abſolui ac communioni fidelium, participationi ſacramentorum eccleſiaſticorum & ſanctæ eccleſię vnitati reſtitui & reintegrari, literasq; deſuper neceſſarias & opportunas in forma ſolita & conſueta decerni & concedi per dominum &c. poſtulauit Memoratus tunc dominus Auditor dictum magiſtrum. N procuratorem præſentem inſtantem & id humiliter flexis genibus petentem à quibuſcunqs ſententijs excōmunicationis in eum ob non paritionem quorumcunque monitoriorū vt præfertur latis in illis in quibus monitorijs huiuſmodi paruit ſimpliciter ſeu ad cautelam in alijs verò in quibus monitorijs huiuſmodi nondum paruit cum reinciden. ab hinc vſque poſt feſta paſcalia proximè futura aut poſt uacantias ſiue ferias generales indictas. Recepto tamen primitus &c. vt infra ſalutari. De & ſuper quibus &c.

Procur obtinuit ſe abſolui ad cautelam.

Comparuit. N. procurator et ſe ab excōmunicationis ſententia in eum per venerabilem virum. N. lata et promulgata ad cautelam videlicet quatenus indigeat abſolui per dominum Auditorem prædictum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictum magiſtrum

ſtrum. N. procuratorem inſtan. & id flexis genibus humiliter peten. ab excommunicationis ſententia vt præfertur præmiſſorum occaſione in eum lata. Recepto primitus ab eodem magiſtro. N. procuratore ad mandatum ipſius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia corporaliter pręſtito iuramento de ſtando iuri ac parendo ſanctę matris eccleſię mandatis ac ſuis more ſolito & conſueto abſoluendum duxit & abſoluit, ipſumq; communioni fidelium participationi eccleſiaſticorum ſacramentorum, & vnitati eccleſiæ reſtituit & reintegrauit iniuncta ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari.

Abſolutio excōmunicati ob nō ſatisfationē notarij.

Et ſe à dicta excommunicationis ſententia in eum lata & dicta occaſione quia non ſatisfecit notario abſolui per dominum &c. poſtulauit. Et tūc dominus Auditor præfatus attendens quòd ſancta mater eccleſia nemini veniam petenti gremium claudit. Recepto vt ſuprà eundem. N. dummodo taliter ipſi notario de prædicto ſalario ſatisfecerit hodie per totam diem ſub pœna reintruſionis dictæ excommunicationis ſententiæ in nomine patris &c. duxit abſoluendum, vt ſupra.

Abſolutio excōicati non reſpondentis libello.

Et quandam reſponſionem ad libellum ſuperius pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa oblatum facto &c. atque dedit, petens ſe nihilominus à præfata excommunicationis ſententia contra ipſum lata humiliter abſolui offerens ſe paratum ſtare iuri & de parendo ſanctæ matris eccleſiæ ac ipſius domini Auditoris mandati. Memoratus tunc dominus Auditor attendens quod ſancta mater eccleſia nemini claudit gremium, & præſertim ad eam reuertenti & veniam humiliter petenti ac poſtulanti præfatū magiſtrum. N. procuratorem coram eo flexis genibus conſtitutum à præfata excommunicationis ſententia in forma ſolita & conſueta duxit abſoluendum, & abſoluit. Recepto tamen primitus à præfato magiſtro. N. procuratore in ipſius domini Auditoris manibus tactis per eum ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia corporali iuramento præſtito de ſtando iuri & parendo ſanctæ matris eccleſiæ atque ipſius domini Auditoris mandatis, ipſumque communicationi fidelium & participationi ſacramē torum eccleſiaſticorum, & ſanctæ matris eccleſiæ reſtituit vnitati iuncta &c. vt ſupra.

Procurator petiit et obtinuit cōmitti abſolutionē ad partes.

Conſequenter idem magiſter. N. procurator aſſertus adhuc ibidem & nomine procuratorio quo ſupra iudicialiter comparens Reuerendo in Chriſto patri domino abbati monaſterij ſancti. N. ſolùm & inſolidum ab ſolutionem ſimpliciter vel ad cautelam dicti domini. N. principalis ſui impendendam iuxta & ſecundùm præfatæ ipſi domino Auditori factæ & præſentatę commiſſionis vim, formam, & tenorem extra. Ro. cur. & in partibus committi, literasq; deſuper neceſſarias & opportunas decerni & concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Quam quidem abſolutionem ſimpliciter vel ad cautelam eidem d. N. principali vt præmittitur impendendam d. Auditor memoratus ad præfati M. N. procuratoris inſtantiam ſupradicto d. abbati &c. ſolùm & inſolidum iuxta & ſecundùm prenarratę ipſi domino Auditori deſuper factę & præſentatę commiſſionis vim formam cōtinentiam & tenorem extra dictam Ro. cur. & ad partes committendum duxit atque commiſit, literasq; deſuper neceſſarias & opportunas in forma ſolita & conſueta decernendo et concedendo prout et quemadmodum in quodam commiſſion. abſolutionis inſtrumēto publico inferius apud acta cauſę huiuſmodi regiſtrato plenius continetur et habetur. Pręſentibus ibidem etc.

DE DILATIONE AD PARTES.

Fuit proximè latè dictum suprà, adde tamen quòd vult Rot. in noū. deci. 19. de Appel. si iudex, vbi norantur hæc verba nam dilatione pendente data ab homine vel à iure conquiescit officium iudicis, & nihil in prēiudicium partis est attentandum.

Procur. in cōtumaciā partis aduersę obtinuit dilationē consuet. ad partes &c. pēsentibus socijs.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis. Neque sibi partiq; suę in Ro. cu. personaliter vt dicit citato, & iura pro defensione causæ huiusmodi sibi necessaria non habenti dilationem siue terminū competentem extra Ro. cu. prædictam & ad partes pro iuribus & munimē tis siue informationibus in partibus existentibus & ad hāc causam facien. mittendis dari & concedi videre seu audire. Neque aliquam causam rationabilem &c. aliegare curant. cont. accusauit &c. reputari. Et in eius cont. sibi partiq; suæ dilationem siue terminum competentem extra dictā Ro. cu. & ad partes pro iuribus & munimentis adhuc in partibus existentibus & sibi partiq; suæ ad hanc causam necessarijs & opportunis dari & concedi per dominum auditorem prefatum &c. postulauit. Memoratus &c. cont. Et in eius contumaciam dicto magistro. N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ dilationem siue terminum quatuor mensium proximè futurorum extrà dict. Ro. cu. & ad partes pro iuribus & munimentis siue information. in partibus existentibus & ad hanc causam facien. mittendis concedendum duxit atque concessit præsentibus ibidem &c. rogatis &c.

Procur. petijt pēsente ex aduerso procu. dilationem ad partes pro iuribus mittend.

Comparuit &c. magister. N. procurator & præfato N. ex aduerso procuratore præsente audien. & vt apparuit intelligen. sibi partiq; suæ dilationē siue terminum competen. pro iuribus siue information. sibi in huiusmodi causa necessarijs mittendum extra Ro. cu. & ad partes ex & pro eo quia principalis suus in eadem Ro. cu. personaliter apprehensus & citatus fuerat decerni & concedi per dominum &c. postulauit.

Ex aduerso pro curat. dixit vt hic.

Ex aduerso verò magister. N. ex aduerso procurator &c. comparens & causam huiusmodi ad Ro. cu per appellationem dicti domini N. principalis ex aduerso in partibus interpositā & esse deuolutā, & ideo dilationē huiusmodi sibi dari & concedi non debere replicandum dixit & replicauit.

Aliquando sic.

Ex aduerso magister. N. procurator quòd huiusmodi dilatio parti sibi in huiusmodi causa aduersæ non veniet concedenda ex & pro eo quia petito forio & sic eadem pars in huiusmodi causa aduersa iuribus huiusmodi nō rium in huiusmodi causa esset suspensum & solùm procederetur in possessindigeret, cùm parte sua sit spoliata beneficio super quo agitur allegādum duxit & allegauit.

Viceuersa. N. procur. replicauit vt hic.

Viceuersa magister. N. procurator prædictus &c. se huiusmodi dilationem in præsenti causa tam in petitorio quàm possessorio qualitercunque in huiusmodi causa procedere indigere ex & pro eo quia pars sua nunquā spoliauit aliquem, sed huiusmodi beneficium super quo agitur per resignationem vnius replicando dixit & replicauit.

Dominus audi. altercation. concessit dilation. quatuor mēsiū.

Tandem dominus auditor post diuersas &c. altercationes dilationem supradictam quò ad prænarratum actum faciendum dicto mag. N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ infrà hinc & quatuor menses proximè & immediatè sequen. concedendū duxit & concessit præsentibus ibidē &c.

Dominus recepto iuramēto vt hic decreuit dila

Tandem D. Audito post diuersas &c. altercation &c. Recepto primitus tam à dicto procuratore. N. quàm à suo principali immediatè corporaliter prestito iuran quod ad mandatū ipsius. D. Auditoris & in eius manibus tactis per eos & eorum quemlibet ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia corporaliter præstiterunt, & quilibet eorum præstitit quod nulla iura & munimenta quę causam huiusmodi defendere possent in Ro. cu. haberent, ac etiam quod huiusmodi dilation. ad partes malitioſe non peterent terminum siue dilationem quinque mensium proximè futurorum ad partes pro iuribus huiusmodi mittendis dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ in præfati magistri. N. procuratoris ex aduerso præsentia decernendum duxit & concedendum decreuitq; pariter & concessit. Memoratus tunc D. Auditor se super præmissis propositis & allegatis cum diligentia & maturitate velle deliberare respondendum dixit & respondit. Et nihilominus primam diem iuridicā &c. sedere contigerit ad videndum & audiendum voluntatem suam super præmissis præfatis magistris. N. & N. hincinde procuratoribus ibidem præsentibus audien & vt apparuit intelligen peremptoriè præfigendum duxit statuendum & assignandum, præfixitq; pariter statuit & assignauit.

tionem ad partes pręsente ex aduerso procurato.

Et sibi partiq; suæ dilationem siue terminū competen. pro iuribus sibi in hac causa necessarijs ad partes decerni & concedi per D. &c postulauit. Et nihilominus quòd in huiusmodi causa ad aliquos actus iudiciales nō procedatur nisi primitus & ante omnia parte sua ad hoc de nouo vocata pariter & citata solenniter protestatus fuit &c. Quam quidem dilationem siue terminum proximè præpetitum ad prænarratum actum faciendum dominus Auditor memoratus dicto magistro. N. procuratori instan. & peten. infrà hinc & duos menses proximè futuros decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concessit præsentibus &c.

Procu. obtinuit dilationē ad partes ij. mensiū ꝑ iuribus mittendis & protestatus fuit vt hic.

DE TESTIBVS.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos testes in huiusmodi causa produci recipi iurare & ad iurandum admitti videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam vnum testem videlicet honorabilem virum dominum. N. ibidem præsentem astantem & vt tanquam testem ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione signorum sigillorum & manuum notariorum iurium & munimentorum prędictorum vt præmittitur pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datorum exhibitorum & productorum quàm tota causa præsenti exhibuit atque produxit. Quem adhoc admitti eiusq; solitum iuramentum recipi. Necnon interrogari & examinari, mandari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictam partem aduersam non comparentem neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curan. licèt tamen sufficienter & vsque ad horam debitam expectatam, reputauit meritò prout erat quò ad actum & terminum huiusmodi id exigente iustitia contumacem. Et in eius contumaciam ad præfati magistri. N. procuratoris instantiam dictum testem ibidem adhuc vt præmittitur præsentem & astantem vt tanquam testem ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione antedicta quàm tota causa præsenti more solito admittendum duxit & admisit, duxit & cogendum compulitq; pariter & coegit. Qui dum sic admissus fuerat statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit & di-

Cōparuit. N. ꝓcurator & i cōt. produxit vnum testē qui admissus per dominū tact. &c. iurauit super recognition. & tota causa in forma &c. commisso. &c.

Comparuit &c. Et sibi monitorium & in euentum citatorium extra Romanam curiam & ad partes contra & aduersus honorabilem virum dominum. N. rectorem parrochialis ecclesię sanctę Marię de stella. N. diœcesis ex aduerso principalem quatenus intra aliquem certum peremptoriũ terminum competentem eidem domino. N. principali de quadam annua pensione quinquaginta ducatorum auri in auro de camera eidem domino. N. principali Apostolica autoritate super fructibus redditibus prouentibus & emolumentis dictę parrochialis ecclesiæ reseruata constituta & assignata iuxta & secundùm dictarum literarum reseruationis constitutionis & assignationis huiusmodi vim, formam, continentiam, & tenorem in locis & terminis in literis Apostolicis reseruationis prędictę de eiusdē domini. N. ex aduerso principalis consensu contentis, realiter & cum effectu persoluisse. Necnon ipsis literis Apostolicis reseruationis pensionis prędictæ in omnibus & per omnia, iuxta earundem literarum formam continentiam & tenorem paruisse & obediuisse debeat, aut se cum eodem domino. N. principali super prędictis concordasse, in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Quod quidem monitorium in euentum citatorium dominus Auditor memoratus præfato domino. N. principali instanti & petenti decreuit atque concessit, illudq; prout petitum extitit &c. vt suprà &c. sigilliq; dictæ curię causarum Apostolicę appensione communiri voluit atque mandauit &c. vt suprà.

Et partis &c. neque supradictas literas monitorias sic vt præmittitur ad partes decretas in simplicem citationem resolui. Neque etiam in principali negotio huiusmodi causæ procedi videre curantis contumaciam accusauit. Et in eius contumaciam easdem literas monitorias in citationem simplicem iuxta vim, formam & tenorem commissionis dependen. superius vt præmittitur ipsi domino Auditori factæ & presentatæ resolui per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam supradictas literas monitorias quò ad præfatum. N. ex aduerso principalem iuxta vim, formam & tenorem supradictæ commissionis dependen. in citationem simplicem duxit resoluendas atque resoluit &c. Presentibus &c.

DE MONITORIIS IN CVRIA.

Comparuit N. principalis petijt & obtinuit decerni monitorium in Romana curia contra & aduersus honorabilem virũ dominum. N. ex aduerso principalem quatenus intra aliquem certum peremptorium terminum competentem eidem domino. N. principali de summa & quantitate centum ducatorum auri de camera occasione & ex causa amicabilis mutui de eadem summa eidem aduersario facti sub excommunicationis pœna debeat realiter & dum effectu satisfeciſſe in forma solita & consueta decerni & concedi &c.

Vel sic.

Quatenus &c. eidem domino. N. principali de summa &c. sexaginta scutorum auri occasione & ex causa mercedis & salarij ac seruitutis per eundem dominum. N. principalem dicto domino N. ex aduerso principali per tres annos continuos ad rationem vinginti scutorum similium singulo anno debit. & præstitit respectiue per eundem D. N. ex aduerso principalem promissorum sub excommunicationis pœna realiter & cum effectu satisfeciſſe & persoluisse debeat. In forma &c. decerni & concedi.

Vel sic.

Quatenus &c. occasione & ex causa contentorum in quadam apocha manu eiusdem domini. N. ex aduerso principalis scripta & subscripta persoluisse, necnon manum siue subscriptionem in dicta apocha appositam realiter & cum effectu recognouisse vel medio iuramento ipsius negasse debeat realiter & cum effectu in forma solita & consueta decerni & concedi, necnon dictum monitorium per aliquem domini nostri Papę cursorem contra eundem dominum. N. ex aduerso principalem exequi & executioni debitæ demandari per dominum Auditorem &c. postulauit.

Quod quidem monitorium proximè præpetitum &c. D. Auditor &c. vt infra &c. circa literam A.

Si monitorium est cum Arresto facias vt infra mutatis mutandis.

Et supradictum dominum N. ex aduerso principalem ad respondendũ singulariter singulis positionibus & articulis & alijs materijs articulatis pro parte sua in huiusmodi causa datis & exhibitis medio suo iuramento per verbum credit vel non credit, sub excommunicationis pœna per vnum ex domini nostri Papæ cursoribus in scriptis moneri mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem sibique & parti suę contra eundem dominum. N. ex aduerso principalem monitorium in forma solita & consueta desuper in scriptis decerni & concedi, necnon eundem dominum. N. ex aduerso principalem ne interea à Roma. cur. recedat donec & quousque dictis position. & articulis medio suo iuramẽto vt prefertur sufficienter responderit per vnum ex dictis cursoribus arrestari mandari per dominum &c postulauit. Quod quidem monitorium, cum arresto. Memoratus dominus Auditor dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ decreuit atque concessit, ipsumque prout petitum extitit & decretum per me presentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri atque subscribi. Necnon dictum dominum. N. ex aduerso principalem præfati monitorij cum arresto vigore quarenus infrà tres dies proximè & immediatè sequen. debeat sub excommunicationis pœna singulariter singulis positionibus & articulis alijsque materijs articulatis pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datis exhibitis & productis medio suo iuramento respondisse per quencunque domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitimè requisitus fuerit peremptoriè moneri & arrestari ac exequi voluit & mandari.

Item quando petijt procurator ex aduerso principalem moneri in presentia sua tunc dimittitur per aliquem domini nostri Papæ &c. & dominus

Cõparuit ma. N. ꝓcurator petijt & obtinuit decerni monitorium cõtra dominum N. ex aduerso principalem ad respõdendum singulariter singulis sub pœna excõmunicationis infrà iij. dies nec non arrestari eundem ne à Roma. cu. recedat donec responderit quod monitoriũ dominus voluit exequi. per q c.

nus monet cum per se &c. & scribatur medio suo iuramento moueri ad aliquem certum &c. Et in fine addatur peremptoriè monendum duxit atque monuit.

Cõparuit mag. N. procurator petijt & obtinuit decerni monitorium cõtra magistrũ. N ex aduerso procuratorẽ ad satisfaciendum mihi notario infrà ij. dies sub pœna excõmunicatiõis qđ dominus mãdauit exequi.p.q.c.

Comparuit in iudicio &c. sedẽ. magister N. procurator prædictus nomine quo suprà procuratorio. Et supradictum magistrum N. ex aduerso procuratorem quatenus infrà aliquem certum peremptorium terminum competentem mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto de salario meo per me pro parte ipsius magistri N. ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa legitime deseruito sub excommunicationis pœna satisfecisse debeat realiter & cum effectu per aliquem domini nostri Papæ cursorẽ peremptoriè & in scriptis monere mandare. Necnon sibi partiq; suæ præfatæ monitorium desuper necessarium & opportunum in forma solita & consuera decerni & concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit.

Quod quidem monitoriũ vt præfertur proximè præpetitum dominus Auditor memoratus dicto magistro N. procuratori instanti & petenti partiq; suę præfatæ decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concessit, illudq; prout petitum extitit decretum atque concessum per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictũ exinde fieri & subscribi. Necnon magistrum N. ex aduerso procuratorem huiusmodi monitorij vigore quatenus intra tres dies proximè & immediate sequen. mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto de salario meo per me vt præmittitur pro parte sua in huiusmodi causa legitime deseruito sub dicta excommunicationis pœna debeat realiter & cum effectu satisfecisse. Vel causam rationabilem si quam habet quare ad hoc faciendum non teneatur allegasse per quencunque domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitime requisitus fuerit in scriptis peremptoriè moneri. Et monitorium huiusmodi vt præmittitur decretum atque concessum exequi ac contra eundem magistrum N. ex aduerso procuratorem debitæ executioni de mandari voluit, iussitq; pariter & mandauit.

Et supradictum magistrum N. ex aduerso procuratorem & comparen. discreto viro magistro N. in priori huiusmodi causæ instan. notario de salario suo per eum pro parte sua in præsenti causa legitime deseruito vt supra, vsque quatenus infrà tres dies proximè & immediatè sequen. præfato magistro N. in priori in huiusmodi causæ instan. notario de salario suo antedicto per eum vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri. N. ex aduerso procuratoris legitime deseruito &c. vt suprà in proximo proceden. vsque ad finem.

Et prouidos viros magistros N & N. in Roma. cu. causarum & præfati domini N. principalis procuratores. Quatenus infrà certum terminum peremptorium competen. debeant sub excommunicationis pœna onus procurationis in præsenti causa pro domino N ex aduerso principali supradicto acceptasse vel refutasse per aliquem ex domini nostri Papæ cursoribus &c vsque Necnon præfatos magistros N. & N. ex aduerso procuratores huiusmodi monitorij vigore Quatenus intra tres dies diem execution. huiusmodi proxime & immediate sequen. debeant & quilibet eorũ debeat sub dicta excommunicationis pœna onus procuration. pro dicto domino N. ex aduerso principali in causa huiusmodi acceptasse vel refutasse per quencunque &c monere. Necnon monitorium huiusmodi vt præmittitur decretum & concessum contra eosdem magistros. N. & N. ex aduerso procuratores & eorum quemliber exequi & debitæ executioni de mandari voluit iussitq; pariter & mandauit.

Et su-

Et supradictum magistrum N. ex aduerso procuratorem præsentem audientem & vt apparuit intelligentem quatenus intra certum peremptoriũ terminum competen. sub pœna excommunicationis mihi &c. satisfacere debeat cum effectu moneri & requiri per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magistri N. procuratoris instantiam supradictum magistrum N. ex aduerso procuratorem ibidem vt præmittitur præsentem audientem & vt apparuit intelligen. Quatenus intra iij. dies proximè & immediatè sequen. mihi præsentis causæ notario atque scribę prædicto de salario &c. deseruito debeat sub excommunicationis pœna satisfeciſſe cum effectu peremptoriè monendum duxit, & requirendũ, monuitq; pariter & requisiuit.

Die Lunæ &c. discretus vir N. domini nostri Papę cursor retulit in iudicio &c. seden. mihi præsentis causæ notario &c. heri peremptoriè in scriptis monuisse magistrum. N. ex aduerso procuratorem prædictum Romæ personaliter inuentum & apprehensum. Quatenus intra iij. dies proximè & immediatè sequen. discreto viro magistro. N. in priori huiusmodi causę instan. notario de salario suo super eum in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri. N procuratoris legitimè deseruito sub excommunicationis pœna realiter & cum effectu debeat satisfeciſſe. Necnon etiam similiter in scriptis peremptoriè monuisse eundẽ magistrum N. notarium Quatenus intra tres eosdem dies ex tunc proximè & immediatè sequen. sub simili excommunicationis pœna registrum coram domino suo habitum & factum & adhuc penes eum existens ex quo huiusmodi causæ merita cognosci possint & liquere coram domino auditore prędicto portasse debeat & produxisse. Necnon mihi prędicto notario atque scribæ prędicto exhibuisse prędictum & consignasse. Vel causam rationabilem quare ad hoc faciendũ non teneatur allegasse. Aliasq; & alia feciſſe prout & quem admodum in quadam monitorij papiri cedula per me prędictum notarium atque scribam prędictum subscripta, quam idem cursor executã mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto ibidem facto realiter & in scriptis inf. ascripti tenoris restituit tradidit & assignauit. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur, prout & quemadmodum idem cursor habuit vt asseruit huiusmodi monitorij vigore ab eodem domino auditore desuper specialiter & expresè in mandatis.

Quatenus intra iij. dies proximè & immediatè sequen. mihi prędictis causæ notario atque scribæ prædicto de salario meo per me pro parte ipsius magistri. N. ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa legitimè deseruito sub excommunicationis pœna realiter & cum effectu debeat satisfeciſſe. Aliasq; & alia fecit.

Quatenus intra iij. dies proximè sequen iuramentum de perhibendo testimonium veritati, in hac causa prestitisse debeat & deinde tempore debito se examinari permisisse.

Quatenus intra iij. dies proximè & immediatè sequen. singulariter singulis position & articulis pro parte dicti magistri N. procuratoris in hac causa dat. medio suo iuramento per verbum credit vel non credit, debeat sub excommunicationis pœna sufficienter respondisse Necnon etiam sub simili excõmunicationis pœna arrestasse eundem D N ex aduerso principalem ne antequàm huiusmodi positionibus & articulis necnon materijs articulatis vt præmittitur superius datis exhibitis & productis sufficienter respondeat ipsum à Ro. cu. recedere contingat Aliasq; & alia &c. vt suprà.

Quatenus intra iij. dies proximè & immediatè sequen debeant & quilibet ipsorum debeat sub pœna excommunicationis pro dicto domino N.

ex aduerso principali onus procuration. in huiusmodi causa acceptasse vel refutasse realiter & cum effectu aliàsq; &c.

Quatenus intra tres dies &c. sequen. omnia & singula acta actitata litteras scripturas processus instrumenta priuilegia iura & munimenta quæcunque penes eum existentia & ad hanc causam facientia sub excommunicationis pœna portasse debeat produxisse exhibuisse & præsentasse &c. Aliàsq; & alia &c.

Tenor verò monitorij papiri cedulæ vnde suprà fit mentio sequitur & est talis.

In causa Roman. domus.

Monitoriũ executũ contra magistrũ. N. ex aduerso procuratorem ad satisfaciendum mihi notario intra iij dies sub pœna excõis ĩstan magistro. N. procuratore.

De mandato Reuerẽdi P. D N. sacri palatij apostolici causarum & causæ huiusmodi auditoris & ad instan. honorabilis viri domini. N principaminus N. ex aduerso principalis, vel prouidus vir magister N in huiusmodi causa ex aduerso procurator. Quatenus intra tres dies proximè & immediatè sequen. mihi præsentis causæ notario atq; scribæ infrascripto de salario meo per me, p parteipsius magistri. N. ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa legitimè deseruito satisfecisse debeat realiter & cum effectu & hoc sub excommunicationis pœna. Et si senserit &c. Compareat &c. Alioquin &c. Per q.c.

Martinus Lupi notarius subscripsit.

Monitoriũ executũ contra magistrum N. notarium prioris instan. ad transportan. regrm intra iij. dies sub pœna excõis instan. magistro. N. procuratore.

Monitorium decretum per commissarium.

De mandato Reuerendi P. D. N. Episcopi N. & præsentis causæ ac partibus infrascriptis iudic. & commissarij apostolici. Et ad honorabilis viri domini. N. principalis instan. peremptoriè moneatur prouidus vir magister N. prioris instan. coram domino. N. auditore in huiusmodi causa notarius sub pœna excommunicationis quatenus intra tres dies proximè & immediatè sequen. registrum coram domino suo in huiusmodi causa habitum & factũ adhuc penes eum existens, debeat intra terminum prædictum coram domino Episcopo iudice & commissario præfato aut mihi præsentis causæ notario atque scriba infrascripto exhibuisse presentasse & consignasse. Et si senserit &c. Compareat &c. Alioquin &c p.q.c.

Cosmus Barreda notarius subscripsit.

Si coram surrogato.

De mandato Reuerendi in Christo patris & domini Dei & apostolicę sedis gratia Episcopi. N vnius ex sacri palatij apostolici causarum Auditoribus locum tenẽnt & causæ huiusmodi in locum Reuerendi patris N. Auditoris surrogati & ad prouidi viri magistri. N. procuratoris instan peremptoriè moneatur. N. ex aduerso principalis quatenus intra tres dies proximè & immediatè sequen. singulariter singulis position. & articulis in hac causa pro parte dicti magistri. N. datis per verbũ credit vel non credit medio iuramento sufficienter respondisse debeat & hoc sub excommunicationis pœna similiq; modo arrestetur idem quatenus à Rom. cu recedere nõ præsumat donec singulariter singulis positionibus & articulis in hac causa vt præmittitur pro parte dicti magistri. N procuratoris datis per verbum credit vel non credit medio iuramento sufficienter responderit. Et si &c. Alioquin &c. p.q.c.

Si coram Auditore cameræ.

De mandato R. P. D. Auditoris camerę & ad instan. D. N. principalis perẽptoriè moneatur. D. N. ex aduerso principalis quatenus infra tres dies proximè & immediatè sequen. sub excommunicationis pœna debeat eidem domino N. instanti de summa & quantitate centum ducatorũ auri de camera. In quibus eidem instanti tenetur occasione & ex causa amicabilis mutui eidem domino. N. ex aduerso principali facti realiter & cum effectu satisfeciſſe, & si senserit &c. Compareat &c. Alioquin.

Ioannes Iacobus Bucca notarius subscripsit.

DE EXCOMMVNICATIONE.

Comparuit in iudicio magister N. procurator in cont. petijt & obtinuit magist. N. ex aduerso procuratorem in scriptis excommunicari nisi ad primã diem.

COmparuit &c. Et supradicti magistri. N. ex aduerso procuratoris non comparentis, neque se ex & pro eo quia licèt vt præmittitur sufficienter monitus & debitè requisitus fuerat non tamen (mihi presentis causę notario atque scribæ prædicto de salario meo per me pro parte sua in huiusmodi causa legitimè deseruito) infrà terminum adhoc sibi legitimè præfixum iam diu effluxum (satisfacere) curauit, prout adhuc non curat de præsenti in scriptis excommunicari excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari mandari, neque literas excommunicatorias ac denunciatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi videre seu audire. Nec aliquam causam rationabilem &c. allegare curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eundem magistrum. N. ex aduerso procuratorem vt præfertur non comparentem ob non solutionem salarij mei antedicti notarij, & illius occasione ipsius exigente contumacia in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari mandari, literasq; excommunicatorias & denunciatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi per dominũ &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictum magistrum. N. ex aduerso procuratorem non comparentem & contumacem. Et in eius cõtumaciam eundem magistrum. N. ex aduerso absentem & non comparentem ad ipsius magistri N. procuratoris instan ob non (satisfactionem mei presentis causæ notarij atque scribæ prædicti de salario meo antedicto) & illius occasione, Nisi hic ad primam diem &c cõtigerit, mihi presentis causæ notario atque scribæ prædicto de salario meo antedicto satisfecerit realiter & cum effectu, in scriptis excommunicandum duxit, & excommunicauit. Quam quidem excommunicationem conditionalem in ipsum magistrum. N. ex aduerso procuratorem vt premittitur in scriptis latam, & promulgatam dominus Auditor præfatus eidem magistro N. ex aduerso procuratori per quemcunque domini nostri Papæ cursorem, qui desuper legitimè requisitus fuerit intimari voluit, iussitq; pariter & mandauit.

Neque se ex & pro eo &c. non tamen dictis literis monitorialibus contra eum ad partes decretis exequutis & reproductis parere & obedire curauit, prout de præsenti non curat in scriptis excommunicari.

Vel sic. Per intimationem de proximo.

Quam quidem excommunicationem conditionalem in ipsum magistrum N. ex aduerso procuratorem vt præmittitur in scriptis latam, infrictam & promulgatam dominus Auditor præfatus eidem magistro N. ex aduerso procuratori per discretum virum N. domini nostri Papæ cursorem ibidem præsentem audientem, & vt apparuit intelligentem intimari voluit, iussitq; pariter & mandauit. Qui quidem cursor ibidem adhuc vt præmittitur presens, & onus siue mandatum intimationis huiusmodi in se sponte suscipiens, abiens & paulò post rediens, Retulit in eodem iudicio sedẽ. &c. mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto se de ipsius domini Auditoris mandato sibi super hoc vt præfertur legitime facto & ad suprà dicti magistri N. procuratoris instantiam statim & incontinenti le-

gitimè intimasse præfato magistro N. ex aduerso procuratori ibidem inau dientia causarum personaliter reperto & apprehenso, qualiter memoratus dominus Auditor eum in scriptis excommunicauit, nisi hinc ad primam diem &c. contigerit, mihi presentis causæ notario atque scribæ prædicto de salario meo antedicto satisfecerit.

Vel sic monitorio contra eum decreto & executo realiter & cum effectu paruerit prout & quemadmodum idem cursor habuit vt asseruit &c. in mandatis.

Simili modo fiat ob non paritionem monitorij decreti & executi ob nõ responsionem singulariter singulis, vel acceptationem oneris procurationis mutatis mutandis.

Intimatio excommunicationis.

Discretus vir &c. personaliter inuentum & apprehensum quomodo & qualiter dominus Auditor præfatus dictum N. ex aduerso principalem sententias excommunicationis incidisse & incurrisse declarauit, literasq; excommunicatorias desuper necessarias & opportunas decreuit atque concessit, nisi hinc ad primam diem &c. contigerit singulariter singulis positionibus & articulis pro parte N. principalis in hac causa datis exhibitis atque productis medio iuramento per verbum credit vel non credit sufficienter respondeat realiter & cum effectu necnon eo tunc peremptorie citasse eundem N. ex aduerso principalem ad &c. vt supra in relatione cursoris.

DE DECLARATIONE, ET LITE-rarum decreto.

Cõparuit in eodem iudicio magister N. procurator & in cont. petijt & obtinuit magistrũ N. ex aduerso procuratorẽ declarari & literas decerni nisi intra diẽ satisfecerit nota rio quod dominus voluit intimari. p. q. c.

COMPARVIT in eodem iudicio coram domino auditore præfato Romæ ibidem adhuc prout vbi supra loco & hora pręallegatis &c. sedenti magister N. procurator prædictus nomine quo supra procuratorio. Et pręfati magistri N. ex aduerso procuratoris non comparen. Neque sententiam excommunicationis pręfatam aliàs in eum vt premittitur ob non (satisfactionem mei pręsentis causæ notarij atque scribæ prędicti de salario meo antedicto) in scriptis latam in dictam & promulgatam incidisse declarari & vt talem publicè denunciari mandari literas denunciatorias & declaratorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi videre seu audire. Neque aliquã causam rationabilẽ si quam habeat quare pręmissa fieri nõ debeant allegare curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. eundem magistrum. N. ex aduerso procuratorẽ nõ comparen. ipsius cõtumacia id poscente (ob nõ solutionẽ salarij antedicti & illius occasione) vt præmittitur excõmunicationis sententiã in eum pręmissorũ occasione vt pręfertur latã & in script. promulgatã incidisse declarari excõicatum, declaratumq; & vt talẽ publicè denunciari mãdari. Necnon literas, denunciatorias & declaratorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decerni & concedi per dominũ &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem &c. Et in eius cont. ad supradicti magistri N. procuratoris instantiam dictum magistrum N. ex aduerso procuratorem pręfatam excommunicationis sententiam in eum premissorum occasione vt pręmittitur latam incidisse excommunicatum declaratumque & vt talem publicè denunciandum fore. Nisi hinc ad primam diem iuridicam &c. contigerit mihi præsentis causæ notario atque scribę prędicto de salario meo antedicto satisfecerit realiter & cum effectu declarandum duxit & declarauit literasq; declaratorias

declaratorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decernendo & concedendo. Quam quidem declarationem conditionalem literarumq; decretum huiusmodi dominus Auditor præfatus ad instantiam magistri N. procuratoris &c. vsque mandauit vt supra.

Aliquando sic quando extrahuntur literæ, easq; prout petitæ extiterant & decretæ per me &c. suiq; sigilli &c. Cuius tenor &c. habetur.

Intimatio declaration. & decreti literarum.

Discretus vir N. cursor retulit &c. sedent. heri legitimè intimasse magistro N. &c. qualiter dominus cum sententiam excommunicationis in ipsum superius vt præmittitur latam & promulgatam incidisse declarauit literasq; declaratorias desuper opportunas in forma solita & consueta decreuit atque concessit. Nisi hinc ad primam &c. vt suprà ac eotunc citasse eũdem ad videndum literas &c. vt suprà.

Declaratio ob non paritionem monitorij pœnalis.

Procur. in cont. obtinuit partẽ aduersam declarari ob non paritionem monitorii contra eũ ad partes decreti & executi.

Comparuit &c. Neque pœnas sententias & censuras ob non paritionem monitorij per dominum Auditorem ad partes decreti incidisse & incurrisse sententialiter declarari & pro tali & vt talem publicè denunciari mandari, literasq; excommunicatorias & declaratorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi. Neque declaratoriam desuper in scriptis ferri & promulgari sententiam videre seu audire, Neque causam &c. allegare curantis contumaciã accusauit ipsamq; contumacem reputari. & in eius contumaciam dictam partem aduersam pœnas sententias & censuras prædictas ob non paritionem monitorij antedicti & ipsius occasione incidisse sententialiter declarari & pro tali & vt talem publicè denunciari mandari literasq; declaratorias & denunciatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi. Necnon sententiam iuxta & secundùm præinsertæ petitionis formam & tenorem in scriptis ferri & promulgari per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. Et in eius contumaciam visis primitus per eum &c. vt suprà ad concludendum & audiendum sententiam de dominorum coauditorum consilio & assensu dictam partem aduersam ob non paritionem monitorii excommunicauit, Aliasque sententias censuras & pœnas in dicto monitorio plenius contentas incidisse declarauit literasque excommunicatorias denunciatorias & declaratorias decernendum duxit & concedendum decreuitque pariter & concessit, prout & quemadmodũ in quodam pronũciationis huiusmodi declaratione sententię papiri cedula quam tũc ibidem in suis tenebat manibus quamq, de verbo ad verbum publicè alta & intelligibili voce perlegit & recitauit. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. De & super quibus &c. Præsentibus &c.

Ad videndum tradi mandari literas.

Cõparuit in iudicio magister N. procura. & in cont. petiit & obtinuit tradi literas contra magistrum N. ex aduerso procuratorem quia nõ satisfecit notario

Comparuit &c. Et partis vel supradicti N. ex aduerso principalis non comparentis &c. Neque literas excommunicatorias denunciatorias & declaratorias aliàs in eum ob non satisfationem discreti viri magistri. N. notarij prioris instantiam decretas & concessas tradi & assignari videre seu audire curant. contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. dictas literas excommunicatorias denunciatorias & declaratorias tradi mandari per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius contumaciam pręfatas literas excommunicatorias denunciarorias & declaratorias aliàs cõtra dictum N. ex aduerso principalem decretas & concessas pręfato magistro N. procura

nisi hinc ad.i. dem quod dominus voluit intimari per.q.c.

tori instan. & peten. partique suæ tradi & assignari voluit traditque pariter & assignauit. Nisi hinc ad primam diem &c. satisfecerit dicto magistro N. notario prioris instan. Quod quidem mandatum conditionale tradendi literas huiusmodi dominus Auditor præfatus dicto magistro N. ex aduerso procuratori absenti per quencumque domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitimè requisitus fuerit intimari voluit, iussitque atque mandauit.

Intimatio qualiter dominus mandauit tradi literas.

Cursor retulit in iudicio &c. seden. &c. Qualiter dominus literas excommunicatorias denunciatorias & declaratorias aliàs contradictorias præfato N tradi & assignari voluit, & mandauit. Nisi hinc ad primam &c.

Tenor verò literarum excommunicatorialium papiri cedulæ vnde suprà fit mentio.

MVTATIO ANNI ET INDICTIONIS.

Festa natalia.

Die N. Vigesimaquinta supradicti mensis Decembris fuit gloriosissimum festum & præclara dies Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi. Quare illa die Annus eiusdem domini N. in Annum domini N. Necnon Indictio de Indictione N. in indictionem N. mutabuntur & mutati sunt. Quare etiam ab illa die inclusiuè vsque ad crastinam Epiphaniæ eiusdem domini exclusiuè non fuit tenta audientia causarum Apostolica Neque &c. ut infra.

FESTA PASCALIA.

Die Lunę xx. mensis Martij incepit septimana sancta. Quare ab illa die Lunæ inclusiuè propter festa paschalia vsque ad octauas Paschę similiter inclusiuè non fuit tenta audientia causarum apostolica, Neque Reuerendi patres domini sacri palatij Apostolici causarum Auditores Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum Apostolico in quo iura reddi solent mane hora audientiæ causarum consueta ad iura reddēdum & causas audiendum in locis suis solitis & consuetis pro tribunali sedebant nec aliquis ipsorum sedebat.

FESTVM QVARE OMITTITVR AVDIEN.

Die N. decimanona supradicti mensis Maij fuit festum sancti Yuonis confessoris & aduocati pauperum. Quare illa die non fuit tenta audientia causarum Apostolica. Neque Reuerendi partes &c. vt suprà. Simili modo fiat de festis aliorum sanctorum & sanctarum qui cadunt in diem audientiæ.

CONSISTORIVM PVBLICVM.

Die Lunę &c. fuit tentum & celebratum Consistorium publicum propter Illustrissimi & Serenissimi Principis domini Regis N. Ambasiatores & Oratores qui in eodem consistorio proposuerunt, ac obedientiam & reuerentiam debitam & consuetam sanctissimo domino nostro Papæ præstiterunt. Quare illa die &c.

INDI-

INDICTIO VACANTIARVM SIVE FERIARum generalium.

ANno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo Indictione decima tertia, die verò. N. mensis Iulij Pōtificatus Sanctissimi Christo patris & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papæ quinti Anno quinto, Reuerendissimus in Christo pater & dominus dominus Alexander de Farnesio miseratione diuina S. Sancti Laurentij in Damaso Diaconus Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, De mandato præfati sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papæ quinti viuæ vocis oraculo desuper facto vacationes, siue ferias generales iuxta laudabilem hactenus obseruatam consuetudinem indicendum dixit, & indixit omnibus & singulis Reuerendissimis in Christo patribus & dominis dominis eiusdem sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus: Necnon Reuerendis patribus dominis sacri palatij Apostolici causarum & audientiæ publicæ literarum contradictarum curiæq; causarum cameræ Apostolicæ Auditoribus, Cæterisq; dominis iudicibus & commissarijs in Roma cur. ad causas audiendum deputatis quàm etiam deputandis intimauit, insinuauit, & notificauit quatenus à die hodierna exclusiuè vsque ad Kal. Octobris proximè sequente etiam inclusiuè in quibuscunque causis coram eis quomodolibet penden. & ex nunc in antea introducendum omnino supersedere & de illis nullatenus intromittere interim debeant siue possint, nisi ex eiusdem domini nostri Papæ licentia siue commissione speciali vel partium causas ipsas in eadem curia prosequen. aut procuratorum ad id sufficientia mandata habentium consensu, prout & quemadmodum in quadam intimationis indiction. vocation. papiri cedula sigilli dicti Reuerendissimi domini Vicecancellarij impressione munita. & per Franciscum Bachodi secretarium suum subscripta (vel sic & per secretarinm suum subscripta) valuis & portis cancellariæ Apostolicæ necnon audientię causarum alijsq; locis publicis in vrbe Roma quibus huiusmodi cedulæ affigi & publicari solent publicè affixa. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur.

Tenor intimation. indiction. vocationum siue feriarum generalium papiri cedulę vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

Cędula indictionis vacationū.

ALEXANDER de Farnesio miseratione diuina S. Laurentij in Damaso diaconus Cardinalis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius. De mandato sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papæ quinti viuę vocis oraculo nobis facto, indicimus tenore præsentium vocationes siue ferias generales prout hactenus ex laudabili consuetudine extitit obseruatum, Notificantes omnibus & singulis Reuerendissimis in Christo patribus & dominis dominis eiusdem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus: Necnon Reuerendis patribus & dominis dominis sacri palatij Apostolici & audientiæ literarum contradictarum curięque causarum cameræ Apostolicæ Auditoribus, cæteris que iudicibus & commissarijs in Romana curia ad causas audiendum deputatis quàm etiam deputandis. Quatenus à die datæ præsentium exclusiuè vsque ad Kal. Octobris proximè sequentes similiter exclusiuè in quibuscunque causis coram ipsis introductis & introducendis omnino supersedere debeant. Nisi ex eiusdem domini nostri Papæ licentia siue commissione speciali vel partium causas ipsas in eadem curia prosequen. aut procuratorum ad id sufficientia mandata habentium consensu. In cuius rei testimonium

L 4

nium hanc presentē cedulam fieri nostriq; sigilli fecimus impressione mu niri ac locis solitis & consuetis affigi. Datum Romæ in domibus nostræ solitæ resiđen. Sub anno à natiuitate domini Millesimo quingentesimo se ptuagesimo Indictione decimatertia die vero N. mensis N. Pontificatus eiusdem sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papæ v. Anno quinto.

Franciscus Bachodi de mandato subscripsit.

LECTAE FVERVNT CONSTITVTIONES.

Anno &c. quibus suprà die vero N. mensis N. Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarū Apostolico in quo iura reddi solent mane ho ra audien. causarum consueta iuxta & secundùm laudabilem curię Rom. hactenus obseruatam consuetudinem summorum pontificum Constitutiones Reuerendis patribus dominis sacri palatij Apostolici causarum auditoribus cæterisq; pluribus curialibus ibidem præsentibus & audientibus per vnum ex dicti palatij Apostolici causarum notarijs videlicet. N. coram Reuerendo patre domino. N scribam lectæ pariter & publicatæ fuerunt, si eadem die resumuntur causę sic continua. Quibus quidem constitutionibus Rotę sic vt præmittitur lectis & publicatis, Reuerendus pater &c. vt infrà.

DE RESVMPTIONE CAVSARVM.

Resumptio causarum post vacation. indictionem.

Die &c. Reuerendus pater dominus Auditor antedictus Romæ apud &c sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas beneficiales ciuiles matrimoniales criminales prophanas & mixtas aliasq; quascunque sibi quarumcunque commissionum tam generalium quàm specialium vigore commissas in eo statu in quo vltimò ante suspensionem audientiæ causarum & indictionem vacationum siue feriarum generaliū (vel prorogationem) indecisæ remanserunt suo ex officio generaliter resumendas duxit atque resumpsit habuitq; & haberi voluit easdem pro sufficienter resumptis. Præsentibus &c.

Vel sic. Reuerendus pater &c. vsque vigore quam etiam quibuscunq; dominus eiusdem palatij causarum coauditoribus propter ipsius a Roma. cu. absentiam & recessum in eius locum surrogatis in eo statu &c. vt suprà.

Die &c. Reuerendus pater dominus. N. Auditor præfatus Romæ apud sanctum Petrum &c. sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas Reuerendo patri domino. N. antedicto quarumcunque commissionum vigore commissas atque coram eo ante suum à Romana cur. recessum indeci. penden. remanserunt iuxta commission. sibi desuper facta & præsentatæ vim formam continentiam & tenorem resumendum duxit & resumpsit, habuitq; & haberi voluit easdem pro sufficienter resumptis.

Die &c. Reuerēdus pater dominus. N. Auditor antedictus Romæ apud &c. sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas reuerendo patri domino N. Auditori surrogato propter ipsius domini Auditoris à Rom. cu. recessum generaliter commissas ac coram eo indecise penden. in eo statu in quo coram dicto domino. N. Auditore remāserunt suo ex officio resumendum duxit atque resumpsit, habuitq; & habere voluit easdem pro sufficienter resumptis. Præsentibus &c.

Vel sic. Auditor reuersus de balneo ad Ro. cu. Romæ &c. sedens omnes &c.

&c. quascunque aliàs quas idem dominus. N. Auditor ante eius recessum à Romana curia audire consueuit & sibi quarumcunque commissionum vigore fuerint commissæ & quas vltimò venerabilis &c. dominus. N. Auditor præfatus propter eius absentiam vigore cuiusdam generalis commissionis audiuit in eo statu in quo tunc coram præfato domino Auditore indecisæ remanserunt suo ex officio duxit generaliter resumendum.

Vel sic. In eo statu in quo vltimò coram domino. N. Auditore præfato tempore in quo incidit infirmitatem sui corporis prædictam remanserunt &c.

Omnes & singulas causas &c. commissas & propter sui infirmitatem vel absentiam à Ro.cu. quibuscunque dominis sacri palatij Apostolici causarum auditoribus commissas in eo statu in quo vltimò coram eisdem indecisas remanserunt &c.

Comparuit &c. Magister. N. procurator &c. Et patris sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis. Neque causam præsentem in eo statu in quo vltimò coram Reuerendo patre domino. N. Auditore ante remissionem eiusdem ad cancellariam Apostolicam remanserat resumi videre curantis contumaciam accusauit. Et in eius contumaciam causam huiusmodi in eo statu in quo coram dicto domino. N. Auditore ante remissionem eiusdem ad cancellariam Apostolicam remanserat resumi & pro resumpta haberi per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam causam huiusmodi in eo statu in quo vltimò coram dicto domino. N. Auditore ante remissionem eiusdem ad cancellariam Apostolicam remanserat iuxta & secundùm præfatę ipsius domino Auditori factæ & præsentatæ commissionis vim, formam & tenorem resumendum duxit atque resumpsit habuit & haberi voluit eandē pro sufficienter resumpta. Presentibus &c.

Comparuit magist. N procurator & in contumaciam petijt & obtinuit resumi causam secūdùm formam cōmissionis. Prę sentibus &c.

Post cuius quidem generalis commission. siue supplication. cedulę presentationem dominus Auditor surrogatus præfatus Romę ibidem adhuc præsens prout vbi suprà loco & hora præallegatis ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali sedens causam & causas huiusmodi. Nec non omnes & singulas causas dictæ generalis commissionis vigore commissas in eo statu in quo coram præfato domino. N. Auditore ante ipsius corporis debilitatem vel ante eius à Romana cur. recessum indecise remanserunt vsque ad eius reconualescentiam vel reditum, in quibus ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus ad scribendum deputatus fueram suo ex officio generaliter resumendas duxit atque resumpsit, habuitque, & habere voluit easdem pro resumptis. Præsentibus ibidem &c.

OBITVS PII PAPAE IIII.

Die Veneris vigesimaquinta supradicti mensis Decembris felicis recordationis dominus Pius Papa quartus Romæ in palatio Apostolico à quadam ęgritudine detentus, sicut Domino placuit rebus fuit humanis exemptus, vel sic, diem vitæ suæ clausit extremum Romæ in vaticano in basilica principis Apostolorum de Vrbe & in capella beatę Mariæ Virginis iuxta fœ. re. Leonis decimi prędecessoris sui sepulchrum deuote sepultus. Et sic Apostolica sede vacante iuxta ritum & consuetudinem antiquitus approbatam & obseruatam ab illa die citra donec & quo vsque processum fuisset ad electionem assumptionem consecrationem & confirmationem alterius noui pontificis tam propter vacantias quàm

vaca-

vacation. aliàs. indictas non fuit tenta audientia causarum apostolica. Neque &c.

INTROITVS CARDINALIVM IN CONCLAVE.

DIE dominica vndecima mensis Octobris Reuerendissimi in Christo patres & domini domini sacrosanctæ Ro. ecclesiæ Cardinales in vnum p electione summi pontificis futura facienda post officium diuinum in ecclesia Dei peractum Conclaue quod in palatio sancti Petri in maiori capella factum fuerat intrauerunt, & quilibet eorum intrauit.

ELECTIO PII PAPAE V.

ANno &c. die martis decima. iij. mensis Octobris Reuerendissimus in Christo pater & dominus dominus Michael sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Alexandrinus vulgariter nuncupatus, Romæ in Conclaui in dicto palatio apostolico apud sanctum Petrum sito per Reuerendissimos in Christo patres & dominos dominos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, in supradicto palatio Apostolico ad Conclaui fusione affluan. nemine discrepante, nulloq; contradicente concorditer & vnanimiter ad summi apostolatus apicem ritè & legitimè electus extitit & assumptus. Necnon dominus Pius Papa quintus diuina prouidentia nuncupatus atque honorificè vt decuit de dicto palatio ad basilicam principis apostolorū de vrbe ductus inibiq; ad altare maius eiusdem cum cantico, Te deum laudamus maxima cum letitia & solennitate positus & intronisatus. Quare &c.

CORONATIO PII PAPAE V.

DIE verò matris tertia mensis Nouembris sanctissimus in Christo pater & dominus Pius diuina prouidentia Papa quintus ad summi apostolatus apicem assumptus, per Reuerendissimos in Christo patres & dominos dominos sacrosanctæ Ro. ecclesiæ Cardinales Romæ in basilica principis apostolorum Sancti Petri de vrbe diuino officio & missæ solennitatibus in talibus fieri solitis & adhibitis fuit coronatus & iniunctus. Deinde in quodam eminenti loco adhoc aptato ante porticum & introitum videlicet supra scalam marmoream dictæ ecclesiæ siue basilicæ sancti Petri in quo quidem extiterat factum ac constructum quoddam tabernaculum siue edificium eleuatum pro dicti domini nostri Pij Papæ quinti coronatione perpetranda & agenda per Reuerendissimum in Christo patrem & dominum dominum Innocentium miseratione diuina sanctæ Mariæ in dominica sacrosanctæ Ro. ec. diaconum Card. de cibo vulgariter nuncupatum in cæterorum dominorum Cardinalium Archiepiscoporum Prælatorum clericq; atque populi præsentia extitit honorificè atque solenniter vt decuit ac summo pontifici & spirituali dignitati congruit triplici diademate & corona coronatus.

Aliquando continuabimur sic. Insuper verò statim & incontinenti ante horam prandij eiusdem diei huiusmodi diademate capiti suo imposito solennissimè cum maximis & mirificis triūphis honestate reuerentia honoreq; decentibus per Reuerendissimos atque reuerendos in Christo patres & dominos sacrosanctæ Ro. ec. Cardinales Patriarchas Archiepiscopos

pos Episcopos Abbates Prothonatorios cum albis mitris pluuialibus. Necnon magnificos generosos & nobiles viros dominos Principes comites marchiones milites plerosq; alios nobiles ciues Ro. ac vtriusque sexus homines de dicta ecclesia sancti Petri ad basilicam sancti Ioannis Lateranen. pro nonnullis cerimonijs inibi fieri solitis faciendum laudabiliter extitit associatus. Quare &c.

VISITATIO ECCLESIAE LATERANEN.

ANno &c. die martis tertia mensis Nouembris post diuinum officium in basilica sancti Petri principis Apostolorum peractum ante horam prādij eiusdem diei Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Pius diuina prouidentia Papa quintus diademate pontificali coronatus solennissimè cum maximis & mirificis triumphis vt suprà inclausula. Insuper verò & extitit associatus.

MVTATIO ANNI PONTIFICATVS.

DIE N. sexta mensis Ianuarij fuit dies anniuersarius pontificatus siue festi coronationis sanctissimi in Christo patris & domini Pij diuina prouidentia Papæ quinti. Quare illa die Annus Pontificatus dicti domini Pij de anno primo in secundùm mutabatur & mutatus est.

DE SVBDELEGATIONE.

Subdelegatio causæ per Cardinalem.

REuerendissimus in Christo pater dominus Cardinalis iudex & commissarius præfatus Romæ in domibus solitæ suæ residen. Venerabilem ac circunspectum virum dominum N. iudicem, commissarium & Auditorem in causa & causis huiusmodi ac omnibus & singulis causis coram eo indecisè pendentibus ipsius domini Cardinalis absentia vsque ad diffinitiuam sententiam exclusiuè subdelegauit & deputauit, prout & quemadmodum in quodam subdelegationis instrumento publico per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum desuper in notam recepto & autenticum latius dicitur. Præsentibus &c.

Subdelegatio ad exequend. literas apostolicas & dicend. in eis contenta.

Reuerendus pater dominus. N. Romæ &c. pro tribunali sedens in præfatorum magistrorum N. & N. procuratorum hinc inde præsentia asserens se ad præsens diuersis suo Episcopatui incumbentibus & alijs negotijs legitimè fore impeditum in tantum quod literarum sibi ex parte sanctissimi domini nostri Papæ. N. præsentatarum executioni & decisioni sine maximis suis ac partium predictarum laboribus & expensis commodè intendere nō ualeat neque possit. Idcirco ne propter hoc earundem literarum executio retardetur, sed partibus ipsis commodè subueniatur de peritia & circumspectione necnon legalitate egregij viri. N. in Romana curia residen. vt dixit plenariè confisus autoritate dicti domini nostri Papæ sibi in hac parte concessa quò ad præfatarum literarum apostolicarum & in eis contentorum executione plenariè tenore præsentium commisit vices suas donec eas ad se duxerit reuocandas prout hæc & alia in quodam sub delegationis instrumento publico per me præsentis causæ &c. Præsentibus &c.

Procur. præsentauit subdelegationem & obtinuit reddendum

Romæ coram venerabili viro domino. N. huiusmodi causæ commissario per Reuerendum patrem D. N. &c. specialiter subdelegato in domo habitationis suæ hora vesperorum audien. causarum consueta ad iura

ad videndum resumi causam.

reddendum & causas audiendum pro tribunali sedeñ. personaliter constitutus magister. N. procurator &c. procuratorio quasdam subdelegationis literas à dicto Domino. N. emanatas superius apud acta præsentis causæ registratas eidem domino. N. in præsentia testium subscriptorum ritè, & legitimè præsentauit. Quas quidem literas idem dominus. N. subdelegatus ad se recipiens, & onus huiusmodi subdelegationis in se reuerenter acceptans mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto fideliter dedit registrandas. Præsentibus &c. Quarum quidem literarum subdelegationis prẽsentatione sic vt præmittitur facta comparuit in eodẽ iudicio magister. N. procurator quo &c. Et partem sibi in huiusmodi causa aduersam ad videndum & audiendum hanc causam in eo statu in quo vltimò coram domino. N. Auditore remanserat resumi per aliquem &c. ad aliquem. Quem sibi &c. idem D. Auditor subdelegatus &c. concessit. Eamq; &c.

Remissio causæ ad cancellariam apostolicam.

Reuerendus pater Dominus. N. Auditor præfatus Romæ &c. sedens causam & causas huiusmodi in qua ego N. eiusdem causæ notarius atque scriba prædictus scripseram, & ad scribendum deputatus fueram certis de causis animum suum ad hoc mouentibus ad cancellariam domini nostri Papę remittendas duxit & remisit, habuitq; & haberi voluit easdem pro sufficienter remissas. Præsentibus ibidem &c.

Vel sic, Reuerendus pater dominus &c. sedens causam, & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas in quibus ego N. prẽsentis causę notarius &c. remissis excepta causa. N quam sibi ad cognoscendum decidendum finęq; debito terminandum reseruauit, prẽsentibus &c.

Remissio generalis.

Reuerendus pater D. N. Auditor prẽfatus Romę apud &c. sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas quas quondam Dominus. N. coauditor suus per obitum eiusdem vigore generalis commissionis sibi desuper factę & prẽsentatę audiebat & ad audiẽdum deputatus fuerat & in quibus ego. N. prẽsentis causę notarius scripseram & ad scribẽdum deputatus fueram &c. vt supra.

DE COMMISSIONE AD SCRIBENDVM.

Die &c. Reuerendus pater dominus Nicolaus de Aragonia &c. Auditor mihi N. clerico diœc. publico apostolica & imperiali autoritatibus notario vt in omnibus & singulis causis in quibus aliàs discretus vir magister. N. notarius (vel quõdam N. notarius ante eius obitum) scripserat & ad scribendum deputatus fuerat in eisdem. Necnon in omnibus alijs & singulis causis sibi commissis & committendis, & in turno meo distribuendis vlterius scriberem ac in eisdem fideliter continuarem committendum duxit atque commisit. Prẽsentibus &c.

delegatis executoribus subexecutoribus ordinarijs extraordinarijs quacunque autoritate fungentibus & functuris quibuscūque etiam nominibus cēseantur, & quacunque præfulgeant dignitate datis seu dandis impetratis seu impetrandis ac deputatis. Necnon in causa & causis huiusmodi ipsius domini constituentis nomine & pro eo comparendum & agendum ipsumq; dominum constituentem & eius iura causamq; & causas huiusmodi in omnibus & per omnia defendendum libellum seu libellos & quascunque alias petitiones summarias & simplices verbo vel in scriptis cum protestationibus solitis & consuetis dandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum, litem seu lites contestandum & ex aduerso contestari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in, & sub calumnię iuramento contentis & cōprehensis iurā dum & deliberandum iurariq; & deliberari videndū, ac cuiuslibet alterius generis licitum honestum necessarium & opportunum iuramentum in animam ipsius domini constituentis præstandum & subeundum ponendum & articulandum ponique, & articulari videndum positionibus & articulis partis aduersæ respondendum suisq; responderi petendum faciendum & obtinendum. Positionesq; & articulos huiusmodi & quascunque materias articulatas aliasq; releuantes & admissibiles in Ro. cu. extra eam & in partibus ad probandum admitti remissionemq; desuper si opus fuerit decerni & concedi petendum faciendum & obtinendum: de loco iudice & nuncio siue portitore concordandum & conueniendum concordari & cōueniri videndum: testes literas scripturas processus instrumenta statuta priuilegia iura & munimenta ac quecunque alia probationum genera produ cendum & exhibendum ac ex aduerso produci & exhiberi uidendum. Testes partis aduersæ iurare uidendum et audiendum, Contraq; positiones & articulos partis aduersæ, Necnon testes & eorum dicta seu depositiones ac literas scripturas processus instrumenta acta actitata iuraque & munimenta quæcunque contra ipsum dominum constituentem data exhibita & producta seu danda exhibenda & producenda dicendum & excipiendū replicandum duplicandum triplicandum & si necesse fuerit quadruplicandum iudices notarios & loca eligendum & recusandum defectus ac exceptiones quascunque tam declinatorias quàm peremptorias obijciendum & probandum in causa & causis huiusmodi concludendum & concludi videdum petendum & obtinendum sententiam seu sententias tam interlocutorias quàm diffinitiuas ferri videndum audiendum & obtinendum. Ab eis quoque et earum quolibet ac quocunque alio grauamine ipsi domino constituenti illato vel inferendo prouocandum & appellandum prouocationes & appellationes suas prosequendum præsentandum insinuandum intimandum & notificandum, Apostolosq; semel vel pluries ac primo secundò & tertiò instanter instantius & instantissime petendum recipiendū & obtinendum causam & causas appellationis & appellationum huiusmodi committi petendum faciendum & obtinendum, ac in eis commissis vlterius continuandum deducendum & pertractandum beneficium absolutionis simpliciter vel ad cautelam ac restitutionis in integrum: Ac quæcunque alia iuris remedia & quascunque literas & commissiones apostolicas gratiam siue iustitiam in se continentes petendum impetrandum & obtinendum & ex aduerso impetratis petitis & obtentis etiam in audientia litterarum contradictarum domini nostri Papæ & alibi ubi expediens fuerit contradicendum & impugnandum ac iudicis officium implorandum expensas damna & interesse taxari petendum leuandum & obtinendum, & super ipsis si necesse fuerit iurandum. Vnum quoque vel plures procuratorem

Potestas substituendi.

rem seu procuratores loco sui & eorum cuiuslibet cum simili aut limitata potestate substituendum eumq; vel eos reuocandum & onus siue mandatum procurationis huiusmodi in se reassumendum toties quoties sibi vel eorum alteri placuerit & visum fuerit expedire presenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo.

Et generaliter omnia et singula faciendum dicendum gerendum et exercendum quę in præmissis et circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna et quę ipsem et dominus constituēs facere et dicere et gerere et procuraret et exerceret, aut facere dicere gerere procurare, et exercere posset si præmissis omnibus et singulis personaliter interesset. Etiam si talia forent quæ mandatum de iure stilo vel consuetudine exigerent etiam magis speciale quàm præsentibus est expressum.

Clausula generalis.

Promittens idem dominus constituens mihi notario atque scribæ infra scripto tanquam personæ publicæ stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest intererit aut interesse poterit quo modolibet in futurum, se ratum gratum atque firmum perpetuò habiturū totum id et quicquid per dictum suum procuratorem constitutum substituendum vel substituendos ab eo per dictos suos procuratores constitutos et substituendos ab eis seu eorum altero actum dictum factum gestū procuratumve fuerit in præmissis vel aliquo præmissorum.

Clausula ratihabitionis.

Releuans nihilominus et releuare uolens dictus dominus constituens eundem suum procuratorem constitutum vel substituendum et substituē dos eosdem suos procuratores constitutos ac substitutos vel substituendos et eorum quemlibet ab omni onere satisdandi iudicio; sisti et iudicatum solui cum omnibus suis clausulis necessarijs et opportunis sub hipotheca et obligatio omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, ac sub omni iuris et facti renunciatione ad hæc necessaria pariter et cautela.

Clausula releuation.

Protestans insuper idem dominus constituens quòd per quemcunque actum siue quamcunque comparitionem quem seu quam ipsum dominū constituentem in hac causa seu quacunque alia in iudicio vel extra facere contigerit non intendit propterea dictum suum procuratorem constitutū vel substituendum, vel dictos suos procuratores constitutos vel substituendos in aliquo reuocare nisi de reuocatione ipsa specialem et expressam fecerit mentionem.

Clausula protestationis.

De et super quibus omnibus et singulis præmissis idem dominus constituens sibi à me notario publico atque scriba infrascripto fieri atque confici petijt vnum vel plura publicum seu publica instrumentum et instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ in domo domini Auditoris præfati sub anno, Indictione Die Mense et Pontificatu quibus supra. Presentibus etc.

Si fit in iudicio.

Acta fuerunt hæc coram domino Auditore præfato Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico in quo iura reddi solent mane hora audientiæ causarum consueta ad iura reddendum et causas audiēdum in loco suo solito et consueto pro tribunali sedente. Sub Anno Indictione die mense et pontificatu quibus supra. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N. et N. notarijs publicis dictiq; domini Auditoris et coram eo scribis clericis N. et. N. dioce. testibus ad præmissa etc.

Testes.

Et ego N. clericus N. dioce. publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius præfatique domini auditoris et huiusmodi causæ coram eo scriba. Quia dictorum procuratorum apud acta causæ huiusmodi constitutionum vna cum actorum ratificatione potestatis dationi ratihabitionirestitution. vna cum actorum ratificatione potestatis dationi ratihabitioni et leuationi et protestationi omnibusque alijs et singulis præmissis dum sic

Subscriptio mei notarij.

vt premittitur coram præfato domino auditore fierent & agerentur vnà cum prenominatis testibus presens interfui. Eaq; omnia & singula sic fieri vidi audiui ac in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum constitutionis procuratorum apud acta instrumentum extraxi confeci & apud acta causę huiusmodi registrari feci, in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum rogatus & requisitus.

DE SVBSTITVTIONE PROCVRATORVM.

Quando procurator dans mandatum illius vigore apud acta substituit.

Clausula generalis.

Clausula ratihabitionis.

Clausula reclusa non.

Clausula protestationis.

Si fit in iudicio.

Si substituũtur plures.

Si substituitur vnus.

COMPARVIT &c. vel constitutus &c. prouidus vir magister. N. in Romana curia causarum & honorabilis vir dominus N. principalis supradicti procurator assertus volens de suo procurationis mandato legitimam fidem facere quoddam procurationis mandatum siue constitutionis procuratorũ publicum instrumentum per discretum virum. N. publicum imperiali auctoritate notarium vt in eo prima facie apparebat subscriptum & signatum, in quo idem magister N. inter cæteros procuratores à dicto domino N. principali suo procurator extiterat nominatus facto, realiter, & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit produxit atque dedit. Et nihilominus quod non intendit neque vult acceptare onus procurationis in huiusmodi causa pro dicto domino N. principali nisi dumtaxat ad substituendum publicè solenniter & expresse fuit protestatus & se onus procurationis huiusmodi in hac causa pro antedicto domino N. principali suo quoad effectum substituendi solùm & dumtaxat acceptare dixit pariter & allegauit.

Vel sic, quando procurator simpliciter substituit.

CONSTITVTVS procurator predictus nomine quo supra procuratorio prout de sue procurationis mandato superius vt premittitur apud acta causę huiusmodi legitimis constat documentis. Asserens se huiusmodi sue procurationis mandatum ac potestatis & auctoritatis sibi mediante eodem mandato per dictum dominum N. principalem suum traditarum & concessarum vigore vnum vel plures procuratorem seu procuratores loco sui substituendi, eumq; vel eos reuocandi ac onus mandatum seu officium procurationis huiusmodi in se reassumendi toties quoties opus fuerit & sibi visum fuerit expedire inter cætera in eodem mandato suo contenta & expressa à dicto domino N. principali suo potestatem & facultatem habere ac specialiter & expresse in mandatis. Idcirco sponte & ex eius certa scientia omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit apud acta causę huiusmodi loco sui posuit & substituit prouidos viros magistros. N. & N. in eadem Romana curia causarum procuratores, absentes tanquam præsentes & eorum quemlibet insolidum. Ita tamen quòd non sit melior conditio primitus occupantis neque detetior subsequentis, sed quod per vnum ipsorũ inceptum fuerit per alium seu alios eorundem id prosequi continuari mediari terminariq; valeat pariter & finiri cum effectu &c.

Prouidum virum magistrum N in eadem Romana cu. causarum procuratorem presentem & onus siue mandatum procurationis huiusmodi in se sponte suscipientem solum & insolidum. Vel sic, Absentem tanquam præsentem solum & insolidum.

Ad

Ad faciendum dicendum gerendum exercendum & procurandum omnia & singula in causa & causis huiusmodi pro dicto domino N. principali suo quæ ipsemet procurator substituẽs vigore dicti mandati sui procedendum facere gerere exercere & procurare posset in causa & causis antedictis corã domino Auditore præfato quàm alijs dicti palatij apostolici causarum Auditoribus siue iudicibus & commissarijs quibuscunque. Transferens &c. Protestans &c. Aliasq; & alia faciens prout & quemadmodum in quodam substitution. procuratorum apud acta causæ huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N. & N. &c.

Tenores verò mandati constitution. & substitution. procuratorũ apud acta publicorum instrumentorum vnde supra fit mentio successiuè sequũtur & sunt tales.

Tenor verò substitution. procuratorum apud acta publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

IN nomine domini amen. Anno à natiuitate eiusdem domini millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione xii. die verò lunæ x. mensis Aprilis. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papæ quinti. Anno quinto Coram Reuerendo patre D. N. vtriusque iuris doctore sacri palatij Apostolici causarum causæque & causis ac partibus infrascriptis Auditore specialiter deputato. In mei præsentis causæ notarii atque scribæ, testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum presentia personaliter constitutus procuidus vir magister N. in Ro. cu causarum, & honorabilis viri domini N. principalis procurator prout de suo procuration. mandato superius apud acta causæ huiusmodi legitimis constat documentis Asserens se nomine quo supra procuratorio huiusmodi siue procuratio. mandati ac potestatis, & autoritatis sibi eodem mediante mandato per dictum dominum N. principalem suum attributarum & concessarum vigore pariter & prætextu vnum vel plures procuratorem seu procuratores loco sui substituendi, eumque vel eos reuocandi ac onus mandatum siue officium procuration. huiusmodi in se reassumendi toties quoties opus fuerit & visum fuerit expedire inter cæteras in eodem mandato suo contenta, & expressa à dicto domino N. principali suo potestatem habere specialiter & expresse in mandatis. Idcirco sponte ex eius certa scientia omnibus melioribus modo, via, iure cauſa & forma quibus melius tutius securius & efficacius potuit, & debuit apud acta causæ huiusmodi loco sui posuit substituit nominauit deputauit creauit, & solenniter ordinauit, videlicet prouidos viros magistros N. & N. in Roma. cur. causarum procuratores absentes tanquam præsentes & eorum quemlibet insolidum. Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis, sed quod per vnum ipsorum inceptum fuerit id alter eorum prosequi mediare terminareq; valeat, & finire cum effectu ad faciendum &c. vt infrà.

Vel sic, Prouidum virum magistrum N in eadem Roma cu etiam causarum procuratorem ibidem præsentem, & onus siue mandatum procuration. huiusmodi in se sponte suscipientem solum & insolidum. Vel sic. Absentem tanquam præsentem solum & insolidum.

Ad faciendum dicendum gerendum exercendum, & procurandum omnia & singula in causa & causis huiusmodi verten. inter dictum domi-

num N principalem ex vnà & quendam N. ex aduerso principalem omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. De & super parrochiali ecclesia N.vercellen diœce. rebusque alijs in actis causæ huiusmodi latius designatis & deducendis, & illarum occasione partibus ex altera pro dicto domino principali, & quæ ipsemet dominus substituës vigore dicti mandati sui pro eodem facere gerere exercere & procurare posset in causa & causis antedictis tam coram præfato domino Auditore quã aliis dicti palatij apostolici causarum Auditoribus siue iudicibus, & commissarijs quibuscunque.

Clasula translation.

Transferens & transfundens in eosdem suos procuratores substitutos, & eorum quemlibet. Vel sic. In eundem magistrum N. suum procuratorem substitutum totam, & omnimodam sibi in causa, & causis huiusmodi præfati mandati sui vigore à dicto suo principali quomodolibet attributã traditam & concessam potestatem, donec & quousque eam ad se expresè duxerit reuocandum. Protestans nihilominus idem dominus substituens quod per quencunque actum siue quamcunque comparitionem quem seu quam ipsum in huiusmodi in causa iudicio vel extra facere contigerit non intendit propterea dictos suos procuratores substitutos vel dictũ suũ procuratorem substitutum in aliquo reuocare nisi de reuocatione huiusmodi spãlem & expressam fecerit mentionem. De & super quibus omnibus & singulis præmissis dñs substituens ante dictus sibi à me præsentis cau ſę notario atque scriba infrascripto fieri atque confici peti t vnum vel plura publicum seu publica instrumentum & instrumẽta Acta &c. vt suprà.

Clausula protestation.

Et ego N. clericus N. diœce. publicus apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, dictiq; domini Auditoris & huiusmodi causæ coram eo scriba prædictus, quia dictorum procuratorum apud acta substitutioni potestatis translationi & protestationi omnibusq; alijs & singulis præmissis dum sic ut præmittitur coram eodem domino auditore fierent & agerentur vnà cum prænominatis testibus præsens interfui, Eaq; omnia & singula sic fieri vidi & audiui ac in notã sumpsi. Ideirco hoc præsens publicum instrumentum per me exinde in notam receptum apud acta causæ huiusmodi registrari feci & procurauj, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

Subscriptio notarij.

Instrumentum in quo procurator substituit suum substitutum &c. generaliter.

IN nomine domini amen. Anno à natiuitate eiusdem &c. coram R. P. &c. In mei etc. Constitutus prouidus vir magister N. in Roma. cur causarum procurator asserens se certarum communitatum vniuersitatum collegiorum et capitulorum ac diuersarum personarũ fore procuratorem, seq; in nonnullis causis per litis contestationem per iuramentum calumnię vel aliàs dominum litis effectum fuisse, Ideirco in omnibus & singulis causis coram dicto domino. N. indecisis pendẽs. in quibus vt præmittum est per litis contestationem aut iuramentum calumniæ vel aliàs dominus litis effectus extitit, Ratificando primitus & approbando omnia & singula per prouidum virum magistrum. N. suum substitutum in causis antedictis præfertum in causa & causis quæ vertitur &c. inter dominum N. ex vnà & N. ex aduerso principalem de & super &c. Rebusq; alijs in actis causæ huiusmodi designationis & ipsorum occasione partibus ex altera acta dicta facta gesta seu quomodolibet procurata omnibus &c. videlicet quod specialitas generalitati &c. videlicet eundem magistrum N. absentem tanquam præsentem solùm &c agendum & defendendum &c.

In alijs verò omnibus & singulis causis motis & mouendis inter quascunque personas in quibus ipse magister N. procurator constitutus extitit &

& onus procurationis assumpsit & accepit, & nondũ dñs litis est effectus & in quibus à principalibus suis seu eorũ aliquo alium seu alios procuratores seu procuratores loco sui substituendi habeat potestatem, eundem N. absentem tanquam præsentem substituit & in locum suum posuit ad omnia & singula faciendum gerendum & procurandum, quæ ipsemet magister N. procurator constitutus autoritate & vigore suorum procurationũ mandatorum huiusmodi facta dicere exercere & procurare posset in huiusmodi causis & earũ prosecutionibus si præsens & personaliter interesset coram præfato domino &c. Transferens &c. Protestans nihilominus &c.

DE RATIFICATIONE ACTORVM.

Comparuit N. principalis citra &c. sponte & ex eius certa scientia omnibus melioribus &c. potuit & debuit omnia & singula facta acta gesta & procurata in huiusmodi causa per magistrum N. assertum suum procuratorem ratificandum duxit & approbandum, prout ratificauit & approbauit ac rata & grata habere se dixit promittens &c. De & super quibus &c. idem dominus N. principalis ratificans sibi &c. præsentibus &c.

Instrumentũ ratification. actorum.

Tenor verò ratification. actorum apud acta publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

IN nomine domini amen. Anno Indictione die mense, & põtificatu &c. & ex forma præceden D. N principalis citra etc. reuocationem sponte et ex eius certa scientia omnibus melioribus modo via iure causa et forma quibus melius et efficatius potuit et debuit ac potest & debet omnia & singula acta pro eodem D. N principali per prouidum virum magistrum N. in Romana. cu. causarum & suum assertum procuratorem in causa & causis verten inter eundem dominum N. principalem ex vnà & quendam. N. ex aduerso principalem, De & super certis canonicatu & præben. ecclesiæ sancti Ioannis Baptistæ Taurinen. rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deduct. & illorum occasione partibus ex altera coram R. P. D. Rainaldo Petrucio vtriusque iuris doctore domini nostri Papę capellano & ipsius sacri dalatij Apostolici causarum causæq; & causis ac partibus prædictis Auditore specialiter deputato, cęterisq; palatij antedicti Auditoribus iudicibus & commissarijs quibuscunque acta gesta & procurata ratificauit & approbauit, promittens nihilominus idem dominus N. ratificans mihi notario infrascripto solenniter stipulanti & recipienti vice & nomine omnium & singulorum quorum interest aut quomodolibet interesse poterit in futurũ se acta gesta & procura. huiusmodi ac inde secua quęcunque velle rata & grata ac firma habere & tenere nec eisdem vllo vnquam tempore de iure vel de facto contrauenire sub hipotheca & obligation. omnium et singulorum bonorum suorum præsentium et futurorum. De et super quibus etc. idem dominus N. ratificatus sibi etc. iustrumenta acta fuerunt etc Præsentibus &c.

Subscriptio notarij.

Et ego N. &c. vt suprà quia actorum huiusmodi ratificationi & promissioni omnibus alijs etc. vt suprà.

DE REVOCATIONE PROCVRATORVM.

Quando reuocantur omnes procuratores constituti.

ANno Indictione, & pontificatu quibus supra die N. Romæ in domibus solitæ residentiæ Reuerendissimi in Christo patris, & domini domini

mini Augustini sancti Adriani sacrosanctæ Romanæ ecclesię diaconi Cardinalis de Triuultijs vulgariter nuncupati, coram me præsentis causæ notario atque scriba prædicto. Constitutus dominus N. principalis prædictus principaliter pro seipso omnibus modo etc. et debuit ex certa sua scientia omnes et singulos procuratores actores factores negociorumq; suorum gestores per eum in præsenti causa constitutos reuocauit, et pro reuocatis habere voluit potestatemq; et mandatum eis quomodolibet traditam et concessam penitus et omnino ab eisdem procuratoribus abstulit, et eosdem euacauit inhibens eisdem procuratoribus ne de huiusmodi procurationis officio se ammodo intromittāt. Prout et quemadmodum in quodam reuocation. procuratorum apud acta causæ huiusmodi publico instrumento per me pręsentis causę notarium atq; scribam prędictum exinde confecto, Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur, & habetur. Præsentibus. &c.

Tenor verò reuocation. procuratorum apud acta publici instrumenti vnde &c. est talis.

Instrumentū reuocation. procuratorū apud acta.

IN nomine domini amen, Anno à natiuitate eiusdem domini millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione xiij. die verò N. mensis N. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papę quinti Anno quinto. In mei notarij publici testium que infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir dominus N. principalis principaliter pro seipso, omnibus melioribus modo &c. debuit ex certa sua scię tia omnes & singulos suos procuratores actores factores negotiorumque suorum gestores in causa & causis verten. inter dictum dominum. N. principalem ex vnà & N. ex aduerso principalem de & super parrochiali eccle sia. N. & eius occasion. partibus ex altera constitutos reuocauit & reuocat per præsentes & pro reuocatis habere voluit potestatem & mandatum eius quomodolibet traditam & concessam penitus & omnino ab eisdem procuratoribus auferens & euacuans. Inhibens idem dominus. N. principalis eisdem ne de procurationis officio huiusmodi causæ se de cætero non intromittant seu intromittere præsumant. Protestans nihilominus dictus dominus. N. principalis quod quicūque actus quos dictos procuratores suos in huiusmodi causa in posterum facere cōtigerit sint nulli, ipsosq; pro nullis haberi petijt & voluit De & super &c. Acta fuerunt hæc Romæ in domibus solitæ resident. Reuerendissimi in Christo patris &c. Sub Anno &c Præsentibus &c.

Vel sic.

Generalis reuocatio procuratorum ad quoscunque actus constitutorū.

Omnes & singulos procuratores suos per eum ad quosuis actus seu negocia sub quacunque forma seu expressione verborum hactenus constitutos destituit penitus & reuocauit quamcunque potestatem per eum eis data & attributam ab eis & eorum quolibet abdicādo & reuocando ac ad se reuocando & reducendo. Inhibens & interdicens expresse quantum potuit & debuit eis & eorum cuilibet tenore pręsentis publici instrumenti ne de quibusuis bonis iuribus ration & actionibus factis, & negotijs actibus litibus seu causis quibuscunque intromittere vel impedire seu de eis dispone re seu ordinare quouis modo præsumant sine ipsius domini substituentis licentia & mādato expressis. Protestans nihilominus ꝙ quantocitius potuerit præsentem reuocationem & destitutionem dictis procuratoribus destitutis & reuocatis intimabit & notificabit prout intimat & notificat tenore præsentis publici instrumenti. De & super quibus &c.

RE-

REVOCATIO PROCVRATORIS SVBSTITVTI.

COmparuit &c. Asserens se eiusdē procurationis mādati vigore vnū vel plures, procuratorem vel procuratores loco sui substituendi eumq; vel eos reuocandum, ac onus mandatum siue officium procurationis huiusmodi in se reassumendi toties quoties sibi placuerit & visum fuerit expedire inter cætera habere in mandatis. Quare omnibus melioribus modo &c. & debuit ex certis rationalibus causis animum suum ad hoc mouentibus præfatum magistrum. N. procuratorem aliàs per eum in huiusmodi causa substitutum publicè & expresè reuocauit. Auferens ab eo plenam totalē & omnimodam potestatem, quam sibi in hac causa prosequendi & defendendi quomodolibet attribuit atque concessit. Volensq; & expresè inhibens dictus magister. N. procurator præfato. N. procuratori substituto ne de huiusmodi procurationis officio ammodo se intromittat. Aliasq; & alia faciens prout & quemadmodum hæc & alia in quodam publico reuocationis procuratorum apud acta causæ huiusmodi instrumento per me præsentis causæ notarium &c.

Tenor verò reuocationis procuratoris substituti apud acta publici instrumenti vnde supra &c.

Per hanc formam & preinsertam confice instrumentum desuper.

DEPVTATIO CVRATORIS AD LITES.

Deputatio Curatoris ad lites autoritate ordinaria.

Cōparuit. d. N. principalis minor petijt et obtinuit sibi ꝓuideri de curatore ad lites.

DIE mercurij. x. mensis Octobris. Comparuit in iudicio coram. R p. d. N. Auditore &c. Romæ in domo suæ solitæ residentiæ &c. pro tribunali sedente &c. d. N. principalis principaliter pro se ipso etc. Minor vt asseruit et ex eius aspectu apparet Annorum. xxv. maior tamen. xiiij. asserens se varias et diuersas lites causas et differentias coram eodem domino Autore et diuersis etiam iudicibus varijs occasionibus et causis habere et in futurum habiturum esse tam in agendo quàm in defendendo. Cumque ob defectum minoris ætatis quam patitur per se ipsum in iudicio stare non possit, Ne contingat ob defectum prædictum causas ipsas aut earum aliquam indefensas relinquere et forsam succumbere in eis vnde irreparabile etiam damnum procedere posset, Idcirco sibi de Curatore idoneo ad causas et lites suas in huiusmodi tam motas quàm mouēdas actiuè et passiuè procidei. Nominans prouidum virum magistrum Iulium Fanutium in Roma. cur. causarum procuratorem ibidem presentem quem in Curatorem ad causas ad lites huiusmodi deputari, sibiq; de illo prouideri per dominum etc. postulauit. Qui quidem dominus auditor premissis auditis attendens postulationem huiusmodi fore iustam et rationi consonam, Volensq; indemnitati dicti domini. N. principalis minoris consulere, eidem N. principali instanti et petenti de præfato magistro Iulio Fanutio procuratore ibidem præsente et onus huiusmodi curæ in se sponte suscipiente tanquam Curatore, Ad omnes et singulas causas dicti. N. principalis minoris quas de præsenti habet et habiturus est contra et aduersus quascunque personam tam in agendo quàm in defendendo pro idoneo et sufficienti prouidit: Ipsumq; magistrum Iulium Fanutium Curatorem huiusmodi deputandum duxit et deputauit. Recepto ab eodem magistro Iulio Fanutio Curatore iuramento quod ibidem ad mandatum

tum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia præstitit, quòd supradictam curationem siue curæ officium seu mandatum & omnia alia & singula quę ad officium Curatoris spectant & pertinent iuxta informationem sibi desuper traditam & concessam pro tempore fideliter & legaliter defendet deducet & exercebit, vtilia dicti domini. N. principalis sui faciet & dictarum causarum damnosa euitabit. saluò quòd semper possit veritate vti. In litibus & causis predictis pro eodem principali suo aget & comparebit. Ipsumq; & eius iura in omnibus & per omnia defendet omniaq; alia & singula faciet exercebit & procurabit quę in prędictis causis seu quibet earum necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna.

Cautio curatoris prestita.

Et ad ipsius magistri Iulij Fanutij Curatoris preces & requisitionem ibidem presens & personaliter constitutus honorabilis vir dominus. N. Ciuis Romanus sciens se ad supra & infrascripta non teneri sed teneri volens spõtè &c. promissionibus & obligationibus supradicti magistri Iulij Fanutij Curatoris vt premittitur fact. vt principalis principaliter & insolidum in omnibus & per omnia meliori modo accessit. Quem dominum. N. idem magister Iulius Fanutius Curator vt premittitur deputatus promisit relesiare indemnem & penitus sine damno. Pro quibus omnibus & singulis sic vt præmittitur tenendis complendis firmiterq; & inuiolabiliter obseruandis præfatus magister Iulius Fanutius Curator & dictus dominus. N. principalis fideiussor & quilibet eorum respectiuè sese ipsos eorumq; hęredes & successores, ac sua & suorum successorum omnia bona mobilia & immobilia presentia & futura vbicunque existentia in ampliori forma camerę apostolicę obligarunt, & procuratores cõstituerunt & tactis scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iurauerunt. Aliasq; & alia dixerunt & fecerunt prout, & quemadmodum in quodam deputationis Curatoris ad lites publico instrumento inferius apud acta causę huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Super quibus omnibus & singulis premissis tanquam ritè legitimè factis ac celebratis dominus auditor præfatus vt supra requisitus causa cognita suam officijq; sui interposuit auctoritatem iudiciariam & ordinariam, pariter & decretum: De & super quibus omnibus & singulis &c. præsentibus ibidem discretis viris &c. testibus vocatis atque rogatis.

Clausula oblig. in forma cam.

Interpositio decreti.

Tenor verò deputationis Curatoris ad lites publici instrumenti sequitur, & est talis.

Per hanc formam poteris conficere instrumentum desuper. & ad vnam & ad plures causas mutatis mutandis.

Quando deputatur Curator aduersario non comparenti legitimè in contumaciam vigore commissionis præsentatæ.

Cõparuit mag. N. procur. & accusauit contumaciam partis aduersæ non cõparentis legitimè & nihil dicẽtis contra commissionem præsentatam.

Comparuit in iudicio &c. magister. N. procurator & eo nomine procuratorio. Et partis sibi in huiusmodi causa aduersę non legitimè comparentis neque cum interuentu curatoris seu tutoris si quem habet quicquam verbo vel in scriptis contra supradictam ipsi domino auditori factam & presentatam commissionem dicere siue excipere curantis contumaciam accusauit &c reputari &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem.

Deinde verò dictus magister. N. procurator &c comparens. Et partis sibi in hmõi causa aduersę non legitimè comparentis, neq; sibi aliquem Curatorem idoneum ad litẽ & causã huiusmodi quatenus minor existat deputari & ordinari videre seu audire curantis contumaciã accusauit ipsãq; contumacẽ reputari. Et in eius contumaciam dicto. N. ex aduerso principali minori legitimè nõ cõparenti de aliquo sufficienti & idoneo curatore,

ad

ad litem & causam huiusmodi iuxta & secundùm supradictæ ipsi domino Auditori factæ & presentatę commissionis formam continentiam & tenorem deputari & prouideri autoritatemq; & decretum dicti domini. N. Auditoris interponi per dominum Auditorem præfatum &c. postulauit. Moratus tunc dominus Auditor &c. reputauit contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N procuratoris instantiam attendens postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonam ac volens indemnitati dicti N. minoris ex aduerso principalis consulere & ne iudicium corruat, informatus prius de literarum scientia ac integritate & prudentia prouidenti viri magistri Cęsaris de Rainaldis de firmo in Ro. cu causarum ꝓcuratoris ibidem præsentis eidem N. ex aduerso principali minori licèt absenti & legitimè non comparenti eundem magistrum Cęsarem de Rainaldis de Firmo in Ro. cur. causarum procuratorem tunc ibidem præsentem huiusmodi curæ in se spontè acceptantem & susçipientem in Curatorem ad litem & causam huiusmodi iuxta & secundùm supradictæ ipsi domino Auditori factę & præsentatæ commissionis vim, formam continentiam & tenorem deputandum duxit & ordinandum, prout deputauit & ordinauit dicendo eidem magistro Cæsari Curatori. Esto curator ad lites & causam huiusmodi dicti. N. minoris principalis & ei vtilia in causa & causis huiusmodi facito in vtilia prætermittito. Qui quidem magister Cæsar Curator dum sic vt præmittitur per dominum Auditorem præfatum deputatus fuerat statim et in continenti huiusmodi curam acceptando præfato domino Auditori et mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto ibidem præsenti stipulanti et recipienti uice et nomine dicti Domini. N. minoris ex aduerso principalis absentis ac omnium et singulorum quorum interest intererit seu quomodolibet in futurum interesse poterit prorum interest intererit seu quomodolibet in futurum interesse poterit promisit pro dicto Domino N. minori principali vtilia in causa et causis huiusmodi facere et inutilia prætermittere. Ipsumque indefensum non relinquere ac omnia alia & singula facere complere & exercere quæ ad supradictam curationem siue curæ officium siue mandatum spectant & pertinent iuxta, & secundùm informationem sibi desuper traditam & collatam nunc & pro tempore fideliter & legaliter defendet deducet & exercebit, & huiusmodi causę & causarum damnosa euitabit, saluo q̃ sem per possit uti veritate ac in causa & causis huiusmodi pro eodem agei & cõparebit, Ipsumq; & eius iura in omnibus & per omnia defendet &c.

Et ad ipsius magistri Cæsaris de Rainaldis de firmo curatoris præces & requisitionem ibidem præsens, & personaliter constitutus honorabilis vir dominus. N. principalis qui sciens se &c. vt in proxima deputatione vsque testibus etc. rogatis.

Cautio per curatorem præstita.

Tenor verò &c. vt infra.

CONSTITVTIO ACTORIS AD LITES.

per Curatorem.

Deinde cõstitutus &c. magister N. curator constituit actore ad lites &c. præsentibus. &c.

DEINDE verò &c. coram supradicto R.P.D. Auditore ibidem adhuc vbi supra pro tribunali sedente & in mei præsentis causæ notarij præsentia personaliter constitutus supradictus magister Iulius Fanutius curator supradicti domini. N. minoris principalis ibidem præsentis, & consentientis. Non valens circa prosecutionem causarum tam motarum quàm mouendarum eiusdem Domini. N. principalis sui minoris continuè vacare alijs magis arduis præpeditus negotijs. Igitur confisus de prudentia legalitate ac integritate prouidi viri magistri Petri de petris in Romã Curia causarum procuratoris ibidem præsentis &c. spontè &c. omnibus melioribus &c. fecit constituit creauit & solemniter ordinauit actorem

factorem

factorem & negotiorum infrascriptorum dicti domini. N. minoris principalis gestorem ac nuncium specialem &c. Ita tamen &c. eundem magistrum Petrum de Petris ibidem præsentem & onus huiusmodi in se sponte susciepientem ad ipsius domini. N. minoris principalis nomine & pro eo generaliter in omnibus & singulis causis, litibus, quæstionibus controuersijs & differentijs dicti domini. N. minoris principalis motis & mouendis præsentibus & futuris, tam ciuilibus quàm criminalibus seu mixtis: & tam ecclesiasticis quàm secularibus, quam seu quas ipse dominus N. principalis necnon ipse magister Iulius Fanutius curator habent seu habituri sunt cum quibuscunque personis ecclesiasticis seu secularibus loco communi collegio societate & vniuersitate, Ad agendum causandum & defendendum libellum seu libellos verbo vel in scriptis dandum & recipiendum &c. vt supra in constitutione procuratoris.

Vnum quoque vel plures actores factores &c. Et generaliter &c. vsque expressum

Qui quidem magister Petrus de Petris actor sponte &c. promisit pro dictis dominis. N. minore principali & magistro Iulio Fanutio curatore vtilia facere & inutilia prætermittere. Ipsosq; indefensos non relinquere & alia quę ad officium actoris spectant & pertinent facere & complere.

Pro quibus omnibus & singulis ac vt præmittitur tenendis complendis & inuiolabiliter obseruandis idem magister Petrus de Petris actor se ipsum eiusq; hæredes & bona sua vbicunque existentia præsentia & futura in ampliori forma camerę apostolicę obligauit & iurauit ac procuratores constituit. Aliasq; dixit & fecit prout & quemadmodum in quodā &c. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfatus dominus auditor &c. vt supra &c. interposuit autoritatem pariter & decretum præsentibus ibidē discretis viris. N. &. N. coram eodem domino auditore scribis clericis. N. & N. respectiuę dicec. testibus ad præmissa vocatis atque rogatis.

Per hanc formam poteris conficere instrumentum desuper appositis apponendis & mutatis mutandis.

Tenor verò deputationis curatoris in contumaciam vigore commissionis publici instrumenti vnde suprà fit mentio sequitur, & est talis.

Commissio inserta.

IN nomine Domini amen. Vniuersis & singulis hoc præsens publicum deputationis Curatoris instrumentum visuris lecturis pariter & audituris, Nos. N. auditor iudex commissarius à Sanctissimo Domino Nostro P. P. specialiter deputatus salutem. Noueritis quòd nuper sanctissimus in Christo pater dominus noster dominus Pius diuina prouidentia Papa V. quandam commissionis siue supplicationis dependentis papiri cedulam nobis per certum suum cursorem præsentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore videlicet. Beatissime pater &c. ponatur tota signatura &c Post cuius quidem commissionis sue supplicationis dependentis papiri cedulę præsentationem & receptionem nobis & per nos vt præmittitur factas. Nos ad prouidi viri magistri N. in Romana curia causarum & honorabilis viri domini. N. principalis in dicta nobis facta & præsentata commissione principaliter nominati procuratoris instantiam, supradictum N. ex aduerso principalem in eadem nobis facta & præsentata commisione ex aduerso principaliter nominatum ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradictam nobis factam & præsentatam commissionem dependentem dicere siue excipere volebat. Necnon ad coram nobis in iudicio legitimè cum interuentu curatorum seu procuratorum si quos habebat in causa

causa & causis huiusmodi comparendum & ad iudicium legitimè fundandum aliàs ad videndum et audiendum eidem. N. ex aduerso principali quatenus minor existat per nos de aliquo curatore idoneo ad causam et causas huiusmodi iuxta et secundùm supradictę nobis factę et præsentatę commissionis formam et tenorem prouideri, vel dicendum et causam si quam haberet retionabilem quare præmissa fieri non deberent allegandum per certum domini nostri Papę Cursorem peremptoriè citari fecimus et mandauimus ad certum peremptorium terminum competentem videlicet ad diem et horam infrascriptos. Quibus quidem die et hora aduenientibus, Comparuit in iudicio legitimè coram nobis dictus magister N. procurator et nomine quo supra procuratorio, Et dicti. N. ex aduerso principalis non legitimè comparentis cum interuentu curatoris seu procuratoris si quem habeat ad causam huiusmodi deputari neque quicquam verbo vel in scriptis contra supradictam nobis factam et præsentatam commissionem dependentem dicere siue excipere curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eidem N. ex aduerso principali minori legitimè non comparenti pro huiusmodiudicij fundatione de aliquo idoneo curatore ad causam et litem huiusmodi prosequendam prouideri et deputari ac super præmissis autoritatem et decretum nostrum interponi iuxta et secundùm supradictę commissionis vim, formam, et tenorem per nos debita cum instantia postulasse. Nos tunc. N. Auditor dictum. N. minorem ex aduerso principalem nō legitimè comparentem neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantem licet tamen sufficienter et usque ad horam debitam expectatum reputauimus meritò prout erat quò ad actum et terminum huiusmodi de iure exigente, iustitia, contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam attendens postulationem huiusmodi fore iustam et rationi consonam, ac volentes indemnitati dicti. N. minoris ex aduerso principalis consulere et ut iudicium pro omnibus legitimè fundetur, eidem. N. ex aduerso principali legitimè non comparenti licèt absenti de persona prouidi viri magistri Cęsaris de Rainaldis de firmo in Romana Curia causarum procuratoris ibidem tunc præsentis Audientis intelligentis et onus dictę Curię acceptantis pro idoneo curatore ad litem & causam huiusmodi iuxta & secundùm supradictæ nobis factæ & præsentatæ commissionis dependentis vim, formam, continentiam & tenorem deputandum duximus, & ordinandum, prout deputauimus & ordinauimus, ac deputamus & ordinamus præsentium per tenorem. Decendo eidem magistro Cæsari de Rainaldis de firmo curatori præsenti. Esto curator ad litem & causam huiusmodi dicti. N. minoris ex aduerso principalis & pro eo vtilia in causa & causis huiusmodi facito & inutilia prætermitto. Qui quidem magister Cæsar de Rainaldis de firmo Curator dum sic vt præmittitur per nos deputatus fuerat statim & in continenti nobis & notario nostro infrascripto præsenti stipulanti & recipienti vice & nomine dicti. N. minoris ex aduerso principalis licèt absentis ac omnium & singulorum quorum interest intererit seu quomodolibet in futurum interesse poterit promisit pro dicto. N. minori ex aduerso principali vtilia in causa & causis huiusmodi facere & inutilia prætermittere. Ipsumque indefensum non relinquere ac omnia alia & singula in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna facere complere & exercere quæ ad supradictam curationem siue curę & ad curatoris officium siue mandatum spectant & pertinent. Saluo quòd semper possit vti veritate & iuxta informationem sibi desuper traditam & collatam

tam nunc & pro tempore fideliter & legaliter exercebit, huiusmodi cau-
sæ damnosa euitabit ac in causa & causis huiusmodi pro eodem aget, &
comparebit. Ipsumq; & eius iura in omnibus & per omnia pro suo posse,
& nosse defendet & defendere procurabit. Et ad eiusdem magistri Cæsa-
saris de firmo curatoris tunc præsentis præces & requisitionem, ibidem co-
ram nobis & notario nostro infrascripto ac testibus infrascriptis præsens,
& personaliter constitutus honorabilis vir dominus. N. principalis sciens
se ad supra & infrascripta non teneri, sed teneri volens sponte & ex eius
certa scientia & animo deliberato omnibus melioribus modo, via, & for-
ma quibus melius potuit, & debuit promissionibus & obligationibus su-
pradicti magistri Cæsaris de Raynaldis de firmo Curatoris vt præmittitur
factis vt principalis principaliter & insolidum in omnibus & per omnia ac
cessit. Quem dñm N idē magister Cæsar Curator vt præmittitur per nos
deputatus promisit releuare indemnem & penitus sine damno. Pro quibus
omnibus & singulis præmissis sic vt præmittitur tenendis complendis firmiter & inuiolabiliter obseruandis præfatus magister Cæsar curator & do-
minus. N. vt fideiussor, & principalis, & quilibet eorum respectiuè sese ip-
sos, et suos successores ac omnia, et singula eorum bona mobilia & im-
mobilia præsentia, & futura &c. Vt in formulario instrumentorum circa
clausulam obligationis in forma cameræ cum constitutione procuratorū
vsq; &c. cautela Et insuper ipse magister Cæsar de firmo curator & domi-
nus. N. fideiussor & vt principalis & eorum quilibet, per corporalia iura-
menta tactis vt præmittitur per eos & eorum quemlibet scripturis sacrosan
ctis in manibus nostris de mandato nostro præstita promiserunt, & conue
nerunt omnia, & singula in præsenti publico instrumento contenta facere
complere & inuiolabiliter obseruare & obseruari facere, nec contra ea vllo
vnquam tempore dicere opponere ire vel venire de iure nec de facto ac ab
solutionē iuramenti per quemlibet eorum præstiti non petere aut impetra
re nec ea etiam si motu proprio sibi vel ad alicuius instantiam concessa
fuerint vti, nec etiam dictos suos procuratores in aliquo non reuocare do-
nec contenta ipsa fuerint integraliter completa & facta. Super quibus om-
nibus & singulis præmissis tanquam ritè et legitimè factis, Nos. N. Auditor
et commissarius prefatus vt supra requisitus cognita causa nostram autori
tatem iudiciariam pariter et decretum duximus interponendum et interpo
suimus prout interponimus præsentium per tenorem. In quorum om-
nium et singulorum fidem et testimonium præmissorum hoc præsens pu
blicum instrumentum exinde fieri et per notarium publicum et huiusmo
di causæ coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari manda-
uimus, sigilliq; nostri quo vtimur iussimus et fecimus appensione commu
niri. Datum et actum Romæ in domo nostræ solitæ residentiæ ibidem ad
iura reddendum hora vesperorum more commissariorum consueta pro
tribunali seden. sub anno à natiuitate domini millesimo quingentesimo
septuagesimo, Indictione xiij die verò Mercurij decima mensis Aprilis. Pō-
tificatu sanctissimi in Christo patris, et domini nostri domini Pij diuina
prouidentia Papæ quinti Anno quinto. Presentibus ibidem discretis viris
magistris. N. et N. notariis publicis clericis. N. et N. respectiuè diœce. coram
nobis scribis testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego. N. clericus N. publicus apostolica, et imperiali autoritatibus
notarius, præfatique domini auditoris et huiusmodi causæ coram eo scri-
ba, dictæ deputationi Curatoris ac omnibus, et singulis præmissis dum
sic vt præmittitur coram prefato domino Auditore agerentur, et fierent
vnà cum prænominatis testibus presens interfui. Eaque omnia et singula
sic

Clausula obligationis in forma camerę.

Interpositio decreti.

sic fieri vidi et audiui, ac in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum in
strumentum exinde apud acta instrumentum extraxi, confeci, et apud a-
cta causę huiusmodi registrati feci, in fidem et testimonium omnium, et
singulorum præmissorum rogatus et requisitus.

FINIS.

